
יהוה
INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER FVNDATA MDCCCVII.
Ps. CXIX
169.
כדברך
JOH. XVII.
17.
ὁ λογος
ὁ σος
αληθεια
ἐστι
ΑΚΡΟΓΩΝΙ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ

LIBRI

VETERIS TESTAMENTI

OPE ARTIS CRITICAE ET METRICAE

QUANTUM FIERI POTUIT

IN FORMAM ORIGINALEM REDACTI

A

D[RE] P. NIVARDO SCHLOEGL, O. CIST., ALIISQUE.

S. P. PIUS X.

UT HOC OPUS SANCTITATI SUAE DEDICARETUR,

BENIGNISSIME CONCESSIT.

VINDOBONAE.

MAYER ET SOCIIS REDEMPTORIBUS.

MDCCCCV.

LIBRI

SAMUELIS.

AUCTORE

P. NIVARDO SCHLOEGL, O. CIST.,

S. THEOLOGIAE DOCTORE, HISTORIAE EXEGESEOSQUE ANTIQUI TESTAMENTI ET LINGUARUM ORIENTALIUM IN COLLEGIO MONASTERII BEATAE MARIAE VIRGINIS AD SANCTAM CRUCEM PROFESSORE,
SOCIETATUM LEONINAE AUSTRIACAE VINDOBONAE, GERM.-ORIENTALIS LIPSIAE, ASIAE OCCIDENTALIS BEROLINI MEMBRO.

CUM APPROBATIONE SUPERIORUM.

„Gesta autem David regis priora et novissima scripta sunt in Libro Samuelis Videntis et in Libro Nathan prophetae atque in volumine Gad Videntis.“

I Paral. 29, 29.

VINDOBONAE.

MAYER ET SOCIIS REDEMPTORIBUS.

MDCCCCV.

TYPIS ADOLPHI HOLZHAUSEN
C. AC R. AULAE ET UNIVERSITATIS TYPOGRAPHI

PIO X. PONTIFICI MAXIMO

STUDIORUM OMNIUM, PRAESERTIM DIVINORUM LIBRORUM,

FAUTORI.

Imprimatur.

Ex Curia archiepiscopali Viennensi, die 5. Januarii 1905.

Dr. Godefridus Marschall
Vices gerens.

Ego subscriptus Vicarius Generalis Provinciae S. Ordinis Cisterciensis Austriaco-Hungaricae ex auctoritate Decreti S. Congregationis Epp. et Reg. ddo. 22. Febr. 1902 concedo, ut liber, qui inscribitur: „Libri Samuelis. Auctore Dre P. Nivardo Schloegl, O. Cist.“, typis mandetur.

In quorum fidem has litteras manu mea subscriptas et signo meo obsignitas

dedi ex monasterio B. M. V. de Hilaria
die 11. Sept. 1904.

Theobaldus
Abbas p. t. Vic. Gen.

PRAEFATIO.

Collatis locis 1 Paral. 29, 29; 2 Paral. 9, 29; 12, 15; 20, 34; 32, 32; 33, 19 cum argumento librorum Samuelis et Regum, facile est intellectu, hos libros origine tenus nihil aliud fuisse ac libros prophetarum, quorum in iisdem locis mentio fiat, in epitomas coactos. Non autem integri et immutati ad nos pervenerunt, sed partim retractati et ab auctoribus inspiratis emendati, partim interpolati et additamentis vel glossis variisque lectionibus aucti. De quibus cf. notas criticas et exegeticas et Commentarium meum sermone Germanico confectum, pag. XIII seqq. Quid in restituendo textu secutus sim, in libro proprio data occasione demonstraturus, haec tantum dixerim: ad textum Hebraicum restituendum multum confert versio Graeca Septuaginta (S.) interpretum, cuius tres praesertim editiones in consilium adhibendae sunt: 1. textus Luciani (Luc.), quem nuperrime Lagarde in lucem edidit, quin tamen semper optimas elegerit lectiones et glossas variasque lectiones insertas omiserit; 2. textus codicis B (Vaticani) et 3. codicis A (Alexandrini), quorum uterque librum Samuelis originalem exhibuisse videtur, qualis fuit, antequam historia Davidica, olim separatim divulgata, inserta est. Cf. 1 Sam. 17, 12—31; 17, 51—18, 5; 18, 8—11. 17—19. 29b—30. Cuius historiae insertae pars fuisse videntur etiam capita 23, 15b—26, 25, ubi textus codicum B et A similior est textui Luciani quam in ceteris capitibus, unde ea ex Luciani editione deprompta esse videntur. In ceteris quod ad Samuelis libros attinet cod. A, qui saepe nomina propria optime servata exhibet, medium tenet inter codicem B et textum Luciani ex una parte et inter hos textus et ceteras versiones antiquas (Syr., Ch., Arab.) ex alia parte. De quibus cf. Lagarde, Librorum Veteris Testamenti, p. I; Swete, The Old Testament in Greek, Vol. I; Tischendorf (Nestle), Vetus Testamentum Graece, I; Holmes-Parsons (H.-P.), Vetus Testamentum Graecum cum variis lectionibus, tom. II, p. I; Field, Origenis Hexaplorum, quae supersunt, sive Veterum Interpretum Graecorum in totum

Vetus Testamentum fragmenta ('A. = 'Ακύλας, Θ. = Θεοδοτίων, Σ. = Σύμμαχος) tom. I, fasc. II. Sigla sunt eadem atque in his editionibus adhibita. Praeter haec opera usus sum editionibus textus Hebraici a Kennicott, de Rossi, Haupt (Bu. = Budde), Baer curatis et commentariis ab Hummelauer, Klostermann (Kl.), Thenius (The.), Wellhausen (We.), Kautzsch (Ka.), Smith (Sm.), Driver (Dr.) editis et Peters, Beiträge zur Text- und Literaturkritik sowie zur Erklärung der Bücher Samuel (Pe.).[1] In edendo textu Hebraico quoad punctationem secutus sum editionem a S. Baer curatam, accentus tamen duos tantum notavi, Sillûq scilicet et Athnâch; pro ךְ semper scripsi ךְ; et pro יְרוּשָׁלַם cum S. יְרוּשָׁלִַם; additamenta textui originali inserta, quantum dignosci potuere, typis minoribus describenda curavi.

[1] Quoad Versiones Latinas, Veterem (Vet. Lat.) scilicet et Vulgatam (Vulg. vel Hier. [= Hieronymus]) adhibui Sabatier (Bibliorum Sacrorum Latinae versiones antiquae) et quoad Syriacam praeter Waltoni Biblia Polyglotta codicem Ambrosianum (a Ceriani editum).

P. Nivardus Schloegl, O. Cist.

In monasterio Beatae Mariae Virginis ad Sanctam Crucem,
die festo Immaculatae Conceptionis B. M. V. 1904.

NOTAE CRITICAE ET EXEGETICAE

AD

LIBRUM SAMUELIS PRIMUM

PERTINENTES.

CAPUT I.

1 MT.: מִן־הָרָמָתַיִם צוֹפִים „de Ramathaim Sophim“; legas cum Kl. et Bu. מִן־הָרָמָתִים „e Ramathaeis“ et צוּפִי „Suphaeus“ (S.: Σειφά, Luc.: Σιφά), i. e. e progenie Suph vel Suphai (1 Paral. 6, 11), ergo e Qehath, filio Levi, originem habens. ם dittographia ortum est ex sequente voce מִן. Pro אֱלִיהוּא 1 Paral. 6, 12 invenitur אֱלִיאָב, 19 אֱלִיאֵל. אֶפְרָתִי est glossa ad מֵהַר אֶפְרָיִם. Cf. Ios. 21, 5. 20—22. Rama erat tribui Beniamin (Jos. 19, 36), sita inter civitates leviticas Gibeon et Geba.

2 Pro אַחַת multi codices testibus Kenn. et de R. exhibent: הָאַחַת, quae est lectio genuina.

3 Paseq linea indicat, variam lectionem existere; revera Luc. exhibet glossam ἐξ Ἀρμαθαίμ post verba ἐκ πόλεως αὐτοῦ. Sed recte dixerit Grimme, linea paseq delenda designari verba מִיָּמִים יָמִימָה.

5 MT. אַפָּיִם, Hier.: „tristis“, S: πλήν (= אֶפֶס), legas cum Pe. אָנֵם (Is. 19, 10) „dolore afflictus, tristis“, quod s. Hieronymus videtur legisse. Syr. et Arab. „duplam“ = כְּפִי שְׁנַיִם = διπλῆν, ut Kl. legere vult respectu habito Deut. 21, 17 et 2 Reg. 2, 9.

6 Post בַּעֲבוּר „propter“ legendum est זֶה „hoc“, i. e. quia Deus clausit eius uterum = כִּי סָגַר יְהוָה בְּעַד רַחְמָהּ (glossa e versu praecedente desumpta). רעמה est lectio varia eaque spuria ad vocem רַחְמָהּ pertinens; omissa litera ו coniuncta est cum רעמה ad vocem הַרְעִמָהּ = ad laedendam (?) eam; Luc.: διὰ τὸ ἐξουθενεῖν αὐτήν, dein sequitur glossa aucta: καὶ οὐκ ἔδωκε κύριος αὐτῇ παιδίον κατὰ τὴν θλίψιν αὐτῆς καὶ κατὰ τὴν ἀθυμίαν τῆς ψυχῆς αὐτῆς καὶ ἠθύμει διὰ τοῦτο καὶ ἔκλαιεν, ὅτι συνέκλεισε κύριος τὰ περὶ τὴν μήτραν αὐτῆς τοῦ μὴ δοῦναι αὐτῇ παιδίον. Syr., Ch., Arab. = MT.

7 יַעֲשֶׂה mendum est pro תַּעֲשֶׂה, subiectum enim est Phenenna, cuius nomen in vers. Syr. et Arab. sequitur. עֲלֹתָהּ mendum est pro עֲלֹתָם „quoties ascendebant“, nempe Elcana cum uxoribus suis. Pro בְּבֵית multi codices exhibent accusativum בֵּית; secunda litera ב videtur ergo dittographia orta. MT.: כֵּן תַּכְעִסֶנָּה „sic provocabat eam“, S: καὶ ἠθύμει = וַתִּכְעַס, Syr.: „et flevit Anna“, legas cum Kl. וַתִּכְעַס חַנָּה „et Anna id aegre ferebat“. Accentus athnach pertinet ergo ad vocem יְהוָה.

9 MT.: אַחֲרֵי אָכְלָה בְשִׁלֹה וְאַחֲרֵי שָׁתֹה „postquam comedit Silunte et bibit“; atqui Anna v. 18 demum comedens inducitur, unde cod. graecus 247 (H.-P.) habet: πρὸ τοῦ φαγεῖν καὶ πιεῖν καὶ ἔστη ἐνώπιον Κυρίου εἰς Σηλώμ. Legas cum Bu. et Kl.: וַתַּנַּח אַחֲרֶיהָ אָכְלָהּ בַּלִּשְׁכָּה וַתִּתְיַצֵּב לִפְנֵי יְהוָה „et reliquit cibum suum in cella et astitit (domui) Jahvae“. Omisso ergo verbo וַתַּנַּח propter vocem similem praecedentem excidit suffixum ־הָ, unde orta est lectio spuria אַחֲרֵי אָכְלָה „post esum“ et addita glossa (cf. S) אַחֲרֵי שָׁתֹה „post potionem“, בַּלִּשְׁכָּה (cf. v. 19) omissa litera כ et metathesi literarum ל et ש mutatum est in בְּשִׁלֹה. Verba sequentia autem versio graeca et arabica servaverunt. Immo Lucianus quoque ea in textu Hebraico invenit, vertit enim: καὶ ἀνέστη Ἄννα μετὰ τὸ φαγεῖν αὐτοὺς (אַחֲרֵי אָכְלָם) ἐν Σηλὼ καὶ μετὰ τὸ πιεῖν (= MT.), καὶ κατέστη ἐνώπιον κυρίου. Accentus athnach insertis verbis, quae exciderunt, pertinet ad vocem יְהוָה.

10 Legas pro עַל־ praepositionem אֶל־, quam exhibent adhuc multi codices.

11 S. et Luc. textum glossis auctum exhibent: καὶ ηὔξατο εὐχὴν τῷ κυρίῳ (לַיהוָה, Luc.: τῶν δυνάμεων = צְבָאוֹת) λέγουσα Ἀδωναὶ κύριε ἐλωὶ Σαβαώθ (אֲדֹנָי יְהוָה אֱלֹהֵי צְבָאוֹת), unde clarius elucet, quomodo textus sacer gradatim glossis sit auctus. Syr. = MT. Cf. etiam lectiones varias Hebraicas, quae graecis sunt similes; ad eas paseq linea lectoris animum advertit. Sed S. et Luc. habent pro וּנְתַתִּיו לַיי׳ כָּל־יְמֵי־חַיָּיו: καὶ δώσω αὐτὸν ἐνώπιόν σου δοτὸν ἕως ἡμέρας θανάτου αὐτοῦ, Origenes autem: καὶ δώσω αὐτὸν τῷ κυρίῳ δοτὸν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ; Ch., Syr., Arab. = MT. S. et Luc. addunt: καὶ οἶνον καὶ μέθυσμα οὐ πίεται (cf. v. 15); fortasse haec verba e fonte uberiore libri huius desumpta sunt. Merito dicit Grimme, delenda esse verba: וְלֹא־תִשְׁכַּח אֶת־אֲמָתֶךָ, quae desunt in cod. B.

13 S. (cod. B.) et Luc.: καὶ αὐτή = וְהִיא; Syr. legisse videtur וְחַנָּה sine pronomine הִיא; cod. graec. 247: ἡ δὲ Ἄννα αὐτή (= MT.); sed et cod. A habet: καὶ Ἄννα; quaenam lectio genuina sit, certum non est. Luc. post 13a addit: καὶ εἰσήκουσεν αὐτῆς ὁ κύριος (similiter codices quidam et Vet. Lat., quae habet Deus [= Chrys.: ὁ θεός]), quae videtur esse glossa, e margine inserta; fortasse glossator dicere voluit: „Deus autem eam audivit.“

14 S. et Luc. habent: καὶ εἶπεν αὐτῇ τὸ παιδάριον Ἠλεί (נַעַר עֵלִי) adduntque in fine: πορεύου (Luc.: ἄπελθε) ἐκ προσώπου κυρίου (וּלְכִי מִפְּנֵי יְהוָה), quae verba in

ceteris versionibus antiquis non inveniuntur, sed ex fonte libri uberiore desumpta esse videntur.

15 Post אֲדֹנִי excidit כִּי (Hier.: nam) „sed“ propter similitudinem cum syllaba נִי- praecedente. Luc.: γυνὴ ἐν σκληρᾷ ἡμέρᾳ ἐγώ εἰμι, S.: ἡ σκληρὰ ἡμέρα (sic!), videntur legisse יוֹם pro רוּחַ; Θ.: κεκακωμένη τὸ πνεῦμα „afflicta sum animo“ (= MT.); Syr., Ch., Arab. = MT.

16 Pro לִפְנֵי cum Kl. legas לְפִי „ad-instar“, Θ.: ὡς (μίαν τῶν ἀπαιδεύτων); Luc.: εἰς πρόσωπον (= MT.), S.: εἰς θυγατέρα λοιμήν, videntur ergo legisse לְפִי sicut Hier. (quasi), Syr., Arab. Pro דִּבַּרְתִּי S. et Luc. habent: ἐκτέτακα (solus cod. 108 in margine sine nomine teste Field addit: ἐλάλησα), videntur legisse aut דָּרַכְתִּי aut רָבַדְתִּי.

17 S: καὶ εἶπεν αὐτῇ (Luc.: καὶ εἶπε πρὸς αὐτήν) = וַיֹּאמֶר אֵלֶיהָ, similiter Syr. et Arab., Ch. = MT. Lectio שֵׁלָתֵךְ syncope orta est ex genuina שְׁאֵלָתֵךְ (cf. v. 27).

18 Textum integrum S. et Luc. exhibent: καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ κατάλυμα καὶ ἔφαγε μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς καὶ ἔπιεν = וַתָּבֹא הַלִּשְׁכָּתָה וַתֹּאכַל עִם־אִישָׁהּ וַתֵּשְׁתְּ. Pro הָיוּ־לָהּ „(et vultus eius amplius) non erat ei“ legendum esse videtur הִפִּילָה; S. et Luc. enim habent: οὐ συνέπεσεν (ἔτι) לֹא־נָפְלוּ; cf. Gen. 4, 5; Iob 29, 24. Merito Kl. provocat ad Ier. 3, 12: אַפִּיל פָּנַי „frontem contraho“. Hier.: „vultusque illius non sunt amplius in diversa mutati“, videtur legisse: לֹא־שִׁנְּתָה „(et vultum suum amplius) non mutavit“; Σ.: διετράπη (= נֶהְפְּכוּ?, Field: חָוְרוּ?), quod Esth. 7, 8 respondet verbo חָפָה „operire“. Syr. videtur legisse נִבְהֲלוּ (cf. 46, 3; 30, 8); Arab.: „et vultus eius amplius non est mutatus“; Ch. = MT.

19 Luc.: καὶ ἐπορεύθησαν (S.: πορεύονται, cod. A.: πορεύονται καὶ ἦλθον) τὴν ὁδὸν αὐτῶν καὶ εἰςῆλθεν Ἐλκανὰ εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ εἰς Ἀρμαθαίμ καὶ ἔγνω κτλ. = וַיֵּלְכוּ לְדַרְכָּם וַיָּבֹא אֶלְקָנָה אֶל־בֵּיתוֹ הָרָמָתָה וַיֵּ׳׳; Syr. = MT. Suppleas in fine וַתַּהַר (= καὶ συνέλαβεν), quae vox omissa, dein in margine scripta textui denique inserta est, sed loco inconveniente (v. 20).

20 Legas לִתְקוּפַת, quod multi codices adhuc exhibent, in MT. autem metathesi mutatum est in לִתְקֻפוֹת; cf. versiones antiquas. Ponas verbum וַתֵּלֶד loco verbi וַתַּהַר hic delendi, Luc.: καὶ ἔτεκεν Ἀννὰ υἱόν.

21 Suppleas post כִּי verbum אָמְרָה „dixit (enim)“; cf. Gen. 29, 32; S.: καὶ εἶπεν, Luc.: λέγουσα; sed potuerunt S. etiam legere: וַתֹּאמֶר כִּי, si ὅτι respondet particulae כִּי, non signo (:); cf. Gen. 29, 33—35. Nomen Samuelis ortum videtur non e שְׁמוּעַ־אֵל, sed e שְׁמוֹ־אֵל „nomen eius (Jahvae)“, i. e. „substantia eius est Deus“; Kimchi: שָׁאוּל־מֵאֵל. S. et Luc. textum iterum glossis auctum exhibent: παρὰ κυρίου θεοῦ σαβαώθ (Luc.: παντοκράτορος) = מֵיְהוָה אֱלֹהֵי צְבָאוֹת; porro θῦσαι ἐν Σηλώ(μ) ut v. 3., omisso לַיהוָה et: ἀποδοῦναι (לְשַׁלֵּם) πάσας τὰς εὐχὰς αὐτοῦ (אֶת־כָּל־נְדָרָיו) καὶ πάσας τὰς δεκάτας τῆς γῆς αὐτοῦ (glossa!). Quia cod.

Kenn. III habet זֶבַח הַשְּׁלָמִים, puto hanc lectionem spuriam ortam esse ex genuina: וּלְשַׁלֵּם אֶת־נְדָרָיו.

22 S. et Luc. habent: οὐκ ἀνέβη μετ' αὐτοῦ (an legerunt עִמּוֹ?), similiter Arab.; Syr., Ch., Hier. = MT.; porro Luc.: οὐκ ἀναβήσομαι (et S.:) ἕως τοῦ ἀναβῆναι τὸ παιδάριον μετ' ἐμοῦ· ὅταν δὲ ἀπογαλακτίσω αὐτό κτλ.: לֹא־אֶעֱלֶה עַד־עֲלוֹת הַנַּעַר עִמִּי וְאִם־נִגְמַל וְגו׳ (?). Sed textus massorethicus videtur esse genuinus: „Quando puer ablactatus erit, ut possim eum ferre, tunc (ו ἀποδόσεως!) visitabimus (legas נֵרָאָה) Jahven et manebit ibi in sempiternum!“ Hier. pariter vertit: „non vadam“, sed videtur ut Luc. hoc inseruisse negligens apodosin.

23 S. et Luc.: ἀλλὰ (πλὴν) στήσαι (ὁ) κύριος (πᾶν) τὸ ἐξελθὸν ἐκ τοῦ στόματός σου (דְּבָרְךָ); ast lectio genuina est דְּבָרוֹ, referenda ad 17 b: „Deus Israel concedet tibi, quod petiisti ab eo.“

24 Pro וַתַּעֲלֵהוּ עִמָּהּ „et ascendit cum eo (secum ascendere eum iussit)“ legas cum Kl. וַתַּעַל חַנָּה עִמּוֹ „et ascendit Anna cum eo“; S. et Luc.: καὶ ἀνέβη μετ' αὐτοῦ. Pro lectione spuria בְּפָרִים שְׁלֹשָׁה (cf. אֶת־הַפָּר!) legas: בְּפַר מְשֻׁלָּשׁ = S. et Luc. (Σ. = MT.!): εἰς Σηλώ(μ) (glossa!) ἐν μόσχῳ τριετίζοντι, pro וַתְּבִאֵהוּ „et induxit eum“ וַיָּבֹאוּ = S. et Luc.: καὶ εἰςῆλθον, pro נַעַר denique עִמָּם = S. et Luc.: μετ' αὐτῶν.

25 S. (24) et Luc. hic post v. 24 habent: καὶ προςήγαγον αὐτὸν ἐνώπιον κυρίου. καὶ ἔσφαξεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὴν θυσίαν (Luc. τῶν ἡμερῶν) ἣν ἐποίει ἐξ ἡμερῶν εἰς ἡμέρας τῷ κυρίῳ. καὶ προςήγαγον τὸ παιδάριον (25 καὶ ἔσφαξαν τὸν μόσχον) κτλ., quae videtur esse cerula miniata, praesertim cum repetantur eadem fere verba (initio et in fine). Glossator putavit, agi hic de festo, quo Israelitae templum visitare obligarentur (cf. v. 3 et 21). Ceterum verba: καὶ προςήγαγον αὐτὸν ἐνώπιον κυρίου non sunt nisi lectio spuria e textu massorethico desumpta (ad v. 24) sicut et verba: καὶ προςήγαγον τὸ παιδάριον, ita ut textus graecus eadem verba Hebraica ter exhibeat versa! Patet hic, textum graecum meliorem bis ex Hebraico non emendatum sed in deterius esse mutatum. Luc. exhibet lectionem genuinam, vertit enim: καὶ προσῆλθεν Ἀννὰ ἡ μήτηρ κτλ., legas ergo: וַתָּבֹא חַנָּה אֵם־הַנַּעַר; S.: καὶ προςήγαγεν Ἀννὰ ἡ μήτηρ. Anna debet nominari, quia praecedit verbum numeri pluralis. אֶת־ pro אֵם mendum scribae est, sicut ־הוּ pro חַנָּה (cf. v. 7).

26 Luc. habet: καὶ εἶπεν αὐτῷ (לוֹ), Syr. et Arab.: „ad Heli“ (ortum ex אֵלָיו „ad eum“?); fortasse excidit לוֹ. ἐνώπιόν σου = עִמְּכָה.

28 S. et Luc.: ἃς ζῇ, legas: אֲשֶׁר יִחְיֶה „quas vivet“; cf. cod. Kenn. 198 (חיה) et Syr. In fine pro שָׁם „ibi“ cum Kl. legendum est שְׁמוּאֵל (= שְׁמ״) „Samuel“; cf. cod. Kenn. 136, ubi v. 1 pro וּשְׁמוֹ „et nomen eius (erat)“ invenitur scriptum: וּשְׁמוּאֵל; Luc. omisit שָׁם, S. totum comma non verterunt; aliquot autem codices videntur esse emendati ex Hebraeo: καὶ προςεκύνησεν ἐκεῖ τῷ κυρίῳ.

CAPUT II.

1 S. et Luc.: ἐστερεώθη ἡ καρδία μου, similiter ceterae versiones antiquae; interpretes veteres ergo omnes, solo st. Hieronymo excepto, legerunt: אָמַץ, quod magis parallelismo synonymo convenit quam עָלַץ „exultavit“; cf. ψ 18, 18 (2 Sam. 22, 18); 27, 14; 31, 25. Pro בַּיהוָה secundo multi codices exhibent lectionem genuinam: בֵּאלֹהַי, utrumque cod. de R. 211; S. et Luc.: ἐν θεῷ μου. Syr. in sticho priore habet: b^{e}mârjâ, in altero autem (cod. Ambr.) b'alâhâ, quod omisit Brianus Waltonius in Polyglotta Londinensi. כִּי ante שָׂמַחְתִּי omisit Luc., deest ὅτι quoque in cod. B, invenitur autem in cod. A; videtur כי in quibusdam codicibus post בי excidisse haplographia.

2 Suppleas initio כִּי = S. et Luc.: ὅτι; fortasse excidit post ־ךָ haplographia. Verba כִּי אֵין בִּלְתֶּךָ „quia nemo praeter te“ e margine inserta esse, iam ex eo elucet, quod in versione graeca sequantur stichum alterum 2 b: καὶ (Luc.) οὐκ ἔστιν ἅγιος πλὴν σοῦ; est ergo glossa ad 2 a pertinens. 2 b S. et Luc. exhibent: καὶ οὐκ ἔστι δίκαιος ὡς ὁ θεὸς ἡμῶν, legas ergo צַדִּק pro צוּר „petra“.

3 גְּבֹהָה „superba“ secundum est dittographia; cod. A et Luc. quidem id vertunt: εἰς ὑπεροχήν, sed in cod. B omittitur. Deest גְּבֹהָה secundum in cod. Kenn. 70, 145, 182, 244 et cod. 173 id habet sup. ras. Suppleas eius loco וְאַל „et ne“ = μηδέ (Luc.). 3 d pro וְלֹא נִתְכְּנוּ (cod. Kenn. יתכנו), Qerê לוֹ: „eique statuta sunt, quae facere vult“, legas cum S. et Luc. (καὶ θεὸς ἑτοιμάζων ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ): וְאֵל תֹּכֵן ע׳׳ „et deus perpendit facta (hominum, non sua, ut S. putaverunt); וְלוֹ ergo non emendatio sed corruptio est textus.

4 Textus corruptus est; legendum esse חַתּוּ = ἠσθένησαν (Armen. 1. 4; Arm. Ed.), iam per se intelligitur; porro ceterae versiones antiquae omnes numerum pluralem קְשָׁתוֹת vertunt (Armen. 1. 4; Armen. Ed.: τόξα), sed sermo est de hominibus quibusdam, qui opponuntur debilibus. Legas ergo קַשָּׁתִים „sagittarii“; cf. Gen. 21, 14. S. et Luc. ἐλαττώθησαν, videntur legisse חָסְרוּ vel צָעֲרוּ pro נִשְׁבָּרוּ. 4 b legas cum Kl. pro חָדֵלּוּ et עַד: חָדְלוּ עֲבֹד „desierunt servire (servos esse)“. S. et Luc. παρῆκαν γῆν; γῆν autem cum Kl. puto esse partem residuam phraseos γεωργεῖν γῆν vel ἐργάζεσθαι γῆν.

5 e S. et Luc. initio habent ὅτι (= כִּי?).

8 e Luc.: τοῦ καθίσαι αὐτόν (cod. A: καθίσαι αὐτόν, cod. B: καθίσαι = MT.) μετὰ δυναστῶν λαοῦ (cod. B λαῶν); voci λαοῦ, quod Syr. non vertit, videtur subesse lectio varia עַם pro עִם = μετά. Post 8 d habent: διδοὺς εὐχὴν τῷ εὐχομένῳ καὶ εὐλόγησεν ἔτη δικαίου (cod. A: δικαίων) = נֹתֵן שְׁאֵלָה לַשֹּׁאֵל וַיְבָרֵךְ שְׁנֵי צַדִּיק (cf. 1, 27). Videtur hoc distichon ex alio carmine depromptum ex margine textui esse insertum. Omittunt autem iidem stichos 8 e et f, quos Syr. exhibet vertens: „obumbravit Dominus (צָלַל יְהוָה?) ima terrae“, (legas ergo נָשַׂל „Jahve fert“

vel „portat"; cf. Ies. 40, 15 et Hebr. 1, 3) nec non 9 a et b (Syr. = MT.). In sequentibus autem textus graecus valde corruptus est. Sequitur stichus 9 c (Luc.): ὅτι οὐκ ἐνισχύει (legas cum Swete ἐν ἰσχύι) ἀνὴρ δυνατός (sc. ἐστιν); ἐν τῇ ἰσχύι αὐτοῦ lectio genuina est pro ἐν ἰσχύι (= MT.), legas ergo בְּכֹחוֹ).

10 יֵחַתּוּ mendum est pro יֵחַת (= ἀσθενῆ ποιήσει, S. et Luc.); pro מְרִיבוֹ legas cum multis codicibus מְרִיבָיו (Qerê) = Syr., licet S. et Luc. numerum singularem exhibeant (τὸν ἀντίδικον αὐτοῦ). κύριος ἅγιος videtur lectio varia esse ad 8 e (יהוה מצקי): יְהוָה צַדִּיק (cf. v. 2, ubi ἅγιος = צור vel צַדִּיק); videtur interpres textum ante oculos habuisse truncum atque mutilum. Verba sequentia (Luc.): μὴ καυχάσθω ὁ σοφὸς (cod. A et B: φρόνιμος) ἐν τῇ σοφίᾳ (cod. A et B: φρονήσει) αὐτοῦ καὶ μὴ καυχάσθω ὁ ἰσχυρὸς (cod. A et B: δυνατός) ἐν τῇ ἰσχύι (cod. A et B: δυνάμει) αὐτοῦ καὶ μὴ καυχάσθω ὁ πλούσιος ἐν τῷ πλούτῳ αὐτοῦ, ἀλλ' ἢ ἐν τούτῳ καυχάσθω ὁ καυχώμενος, ἐν τῷ συνιεῖν (cod. B: συνίειν sine ἐν τῷ) καὶ γινώσκειν τὸν κύριον καὶ ποιεῖν κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ (cod. A et B: ἐν μέσῳ) τῆς γῆς, quae cod. X sub obelo habet, Compl. uncis includit, sunt expositio ad 9 c pertinens. 10 b S. et Luc. habent: κύριος ἀνέβη εἰς οὐρανοὺς καὶ ἐβρόντησεν = יְהוָה עָלָה בַשָּׁמַיִם וַיַּרְעֵם, Syr.: „et contra eos (וְעָלֵימוֹ) in coelo tonabit" (יַרְעֵם); legas cum Kl. pro עלו: עֶלְיוֹן „altissimus" et pro יַרְעֵם: יְרֹעֵם „confringet eos"; cod. Kenn. 294 ועליו exhibet. 10 c S. et Luc. vertunt: αὐτός (הוא pro יְהוָה legentes). δίκαιος ὤν (Luc.) est glossa. 10 d S. et Luc.: τοῖς βασιλεῦσιν ἡμῶν (= לְמַלְכָיו); Syr. = MT. Antiphona 10 d et e videtur e libris liturgicis textui esse inserta tempore primo regni.

11 Luc.: καὶ κατέλιπον (cod. A: κατέλειπον, cod. B: κατέλιπεν) αὐτὸν ἐνώπιον κυρίου ἐκεῖ (S. αὐτὸν ἐκεῖ ἐνώπιον κυρίου, cod. 247: Ἀννὰ ἐκεῖ τὸν Σαμουήλ) = וַיַּנִּיחֻהוּ שָׁם לִפְנֵי יְהוָה וַתֵּלֶךְ חַנָּה שְׁמוּאֵל וְגוֹ׳, quae verba fortasse e fonte uberiore deprompta sunt. Luc.: καὶ προςεκύνησαν τῷ κυρίῳ = וַיִּשְׁתַּחֲווּ לַיהוָה, de quibus idem valet ac de verbis praecedentibus. Post verba „in (legas אֶל־ pro עַל־) domum suam" Syr. exhibet: „ipse et Hanna uxor eius", suppleas ergo: הוּא וְחַנָּה אִשְׁתּוֹ, quae excidisse videntur propter ὁμοιοτέλευτον. Luc.: καὶ ἀπῆλθον εἰς Ἀρμαθαὶμ εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν, cod. B: καὶ ἀπῆλθεν εἰς Ἀρμαθαίμ, quae recensio textus videtur esse minus accurata.

13 Legas מֵאֵת־הָעָם (cum compluribus codicibus); litera enim מ haplographia excidit; Luc.: τοῦ ἱερέως παρὰ παντὸς τοῦ λαοῦ = הַכֹּהֵן מֵאֵת־הָעָם, ergo hic quoque litera מ (praecedentis vocis הַכֹּהֲנִים) haplographiae causa omissa est. τοῦ θύοντος est versio abbreviata; cf. Syr. Vox נַעַר videtur esse delenda; cf. 14 a. Pro בְּבַשֵּׁל legas כְּבַשֵּׁל = ὡς ἂν ἡψήθη (S., Luc., Syr.).

14 Legas initio וְהִכָּה = καὶ καθίει αὐτήν (Luc.) vel καὶ ἐπάταξεν αὐτήν (cod. A et B). Pro quattuor vasis S. tantum tria vocant (cum duo codices habeant: εἰς τὸν λουτῆρα καὶ εἰς τὸν λέβητα sine: τὸν μέγαν) ut Luc.; porro legerunt בַּמִּזְלָג

(ἐν τῇ κρεάγρᾳ) pro הַמַּזְלֵג, unde יַעֲלֶה verterunt ἀνέβη (Luc. ἀνέβαινεν). Pro בּוֹ legendum est לוֹ = S. et Luc. (ἑαυτῷ) et Syr. In fine versus cod. B lectionem genuinam exhibet: τοῖς ἐρχομένοις θῦσαι κυρίῳ ἐν Σηλώμ (apud Lucianum ordo inversus est: ἐν Σηλὼ τοῖς κτλ.), suppleas ergo post שָׁם verba: לִזְבֹּחַ לַיהוָה. Sed fortasse בְּשִׁלֹה glossa tantum est ad vocem שָׁם pertinens.

15 Paseq linea videtur animum lectoris advertere aut ad verba ἐνώπιον κυρίου (quae Luc. habet post στέαρ) = לִפְנֵי יְהוָה, quae supplenda esse videntur, aut ad vocem נַעַר delendam (Grimme). Pro יִקַּח legas אֶקַּח = λάβω (S.): „non enim accipiam a te carnem coctam sed crudam" (Hier.). Attamen כִּי אִם־חָי lectio spuria est, quod iam e contextu elucet; S. et Luc.: (ἑφθὸν) ἐκ τοῦ λέβητος = מִן־הַכִּיּוֹר, legas cum Kl. כַּיּוֹם „ipso hoc die", „ipsa hac vice".

16 Legas initio cum Bu. וַיֹּאמֶר, quia incipitur propositio: „et si dicebat" etc. Post הַחֵלֶב (complures codices habent אֶת־הַחֵלֶב) suppleas כַּמִּשְׁפָּט = ὡς καθήκει (ut Lev. 5, 10; 9, 16) et post לוֹ negationem לֹא (= V., Arab.), cf. lineam paseq.

17 S. omiserunt הָאֲנָשִׁים, quod deest in cod. Kenn. 220.

19 Recte dixerit Grimme, verba מִיָּמִים יָמִימָה esse delenda (paseq!).

20 Pro יָשֵׂם legas aut יְשַׁלֵּם aut יָשֵׁב = ἀνταποδώσει vel ἀποτίσαι et pro שָׁאַל „petiit (ille)": הִשְׁאִלָה „commodavit (illa)", cf. 1, 28; cod. Kenn. 96: שָׁאֲלָה (= Ch.), Hier. et S. legerunt: הִשְׁאַלְתָּ „commodasti". Post הָלְכוּ legas אִישׁ (S.: ὁ ἄνθρωπος, legas ἑκάτερος): „et redierunt (Heli et Elcana) in suum quisque locum".

21 Pro כִּי־פָקַד legas וַיִּפְקֹד = καὶ ἐπεσκέψατο. Post וַתַּהַר suppleas עוֹד = ἔτι. Deleas glossam הַנַּעַר.

22 Pro לְכָל־ S. verterunt τοῖς υἱοῖς; videntur legisse לְבָנָיו. οἱ υἱοὶ αὐτοῦ secundo est glossa; μαρτυρίου (= עֵדוּת) respondet voci מוֹעֵד (conventus).

23 Verba אֶת־דִּבְרֵיכֶם רָעִים „facta vestra mala" delenda sunt; desunt enim in cod. B, cum Luc. (καταλαλούμενα καθ' ἡμῶν) et cod. A (ῥήματα πονηρὰ) glossam vertant. In fine cod. B habet: ἐκ στόματος παντὸς τοῦ λαοῦ κυρίου = מֵאֵת כָּל־עַם יְהוָה, quae est lectio genuina. Pro יְהוָה posita est vox אֱלֹהִ vel אלה״ = אֱלֹהִים, massorethae autem legerunt אֵלֶּה, unde ortae sunt variae lectiones הָעָם et הָאֵלֶּה (cod. Kenn. 30, 93, 96, 198, 257).

24 Luc.: ἣν ἐγὼ ἀκούω περὶ ὑμῶν τοῦ ποιεῖν τὸν λαὸν μὴ λατρεύειν τῷ κυρίῳ (cod. B: τοῦ μὴ δουλεύειν λαὸν θεῷ); legas: אַתֶּם מַעֲבִירִים אֶת־הָעָם מֵעֲבֹד לַיהוָה vel cum Kl.: אַתֶּם מַעֲבִירִים עַם מֵעַם־י״י.

25 Post וּפִלְלוֹ (ut legendum est pro וּפִלְלוֹ) excidit לוֹ = περὶ αὐτοῦ ὑπὲρ αὐτοῦ (Luc. et cod. A) vel ὑπὲρ αὐτοῦ (cod. B). Pro אֱלֹהִים legas יְהוָה = κύριον. Ante חָפֵץ videtur excidisse infinitivus absolutus חָפֹץ = βουλόμενος ἐβούλετο.

26 Legas initio tantum וּשְׁמוּאֵל, omissa glossa הַנַּעַר.

27 Pro הֲנִגְלֹה legendum est הֵן נִגְלֹה; נ excidit haplographia; post בְּמִצְרַיִם (S.: ἐν γῇ Αἰγύπτῳ) excidit עֲבָדִים = δούλων; cf. Ch.

28 S. et Luc.: καὶ ἐξελεξάμην τὸν οἶκον τοῦ πατρός σου (legas αὐτόν) = וּבְחַרְתִּיו; sic legit etiam Syr. pro וּבָחֹר אֹתוֹ (cf. Ges. 113 z). Pro לִי לְכַהֵן „mihi sacerdotem“ Luc. videtur legisse לְכַהֵן לִי = ἱερατεύειν ἐμοί (cod. B: ἐμοὶ ἱερατεύειν). In fine suppleas: לְאָכְלָה = εἰς βρῶσιν.

29 Pro תִבְעֲטוּ legas תַּבִּיטוּ, S. et Luc. ἐπέβλεψας . . . ἀναιδεῖ ὀφθαλμῷ = תַּבִּיט בְּעַיִן עַז (?), fortasse legerunt מְעַז פָּנִים „procax“ (cf. Prov. 7, 13; 21, 29); legas בְּעַיִן pro מָעוֹן (cf. V.). Pro לְהַבְרִיאֲכֶם legas לְהַבְרִיא אֹתָם vel לְהַבְרוֹתָם (Ch., Arab.); ἐνευλογεῖσθαι (= הַבְרִיךְ ?) videtur esse lectio spuria pro συνευωχεῖσθαι (Kl.). לְעַמִּי in fine lectio·spuria est pro לְפָנַי = ἔμπροσθέν μου vel עִמִּי (? cf. v. 21!).

30 Post וְעַתָּה Luc. videtur legisse לֹא־כֵן = οὐχ οὕτως.

31 Tria ultima verba apud Luc. desunt, in S. etiam prior pars versus sequentis excidit propter similem finem versuum 30 et 31.

32 צַר מָעוֹן, Hier.: „aemulum tuum in templo“, lectio spuria est; Luc.: καὶ ἐπιβλέψει κραταίωμα ναῶν (= עֹז מָעוֹן), cod. A: μουών, unde liquet etiam ναῶν esse מָעוֹן literis graecis scriptum; legas בְּעַיִן רַע: „quare invides Israeli, quidquid boni facio ei?“ Pro יֵיטִיב legas אֵיטִיב = ἀγαθυνῶ; persona tertia posita est corrupto textu praecedente; cf. versiones antiquas.

33 Initio legendum est וְיֵשׁ „et ut (gesetzt den Fall, daß) tibi non deleturus sim quempiam“ etc.; cf. אִישְׁבַּעַל pro יִשְׁבַּעַל „Dominus existit“. Hoc mendum ansam dedit omittendae vocis אִישׁ „quempiam“ (S. καὶ ἄνδρα) post לְךָ. Luc. (Lagarde): καὶ ἄνδρα ὃν οὐκ, legas καὶ ὃν οὐκ ἐξολεθρεύσω σοι ἄνδρα; textu enim male intellecto vox ἄνδρα transposita est vel vox ὃν omissa (in multis codicibus). עֵינֶיךָ est mendum pro עֵינָיו = τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, sicut נַפְשֶׁךָ pro נַפְשׁוֹ = τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Legas sine syncope וּלְהַאֲדִיב. Ante vocem אֲנָשִׁים (in fine) excidit vox, cui respondet ἐν ῥομφαίᾳ (= בְּחֶרֶב); legas cum Kl.: בַּחֻרֵי; Hier. vertit: „et pars magna domus tuae morietur, cum ad virilem aetatem venerit;“ Ch.: „et omnis multitudo domus tuae occidentur iuvenes“, similiter Arab. Atqui אֲנָשִׁים solum non designat „iuvenes“, ergo בַּחֻרֵי necessario supplendum est: „tamen maior pars familiae tuae morientur optima aetate.“

36 Pro לְפָנַי („coram christo“, i. e. uncto „meo“) legendum est cum Kl.: לְפָנַי = ἐνώπιόν μου (cod. 45); ita Syr. et Arab.; legas ergo in S.: ἐνώπιόν μου χριστός μου („vor mir als mein Gesalbter“). In fine Luc. habet: τῶν ἱερατειῶν σου, τοῦ φαγεῖν ἄρτον κυρίου, ergo textum glossis auctum exhibet.

CAPUT III.

1 Deleas glossam הַנַּעַר. Post עֵלִי suppleas הַכֹּהֵן = S., Luc., Syr., Arab., cod. de R. 596 primo. Ch., V. = MT. 1 b (וּדְבַר וְגוֹ׳) non quidem glossa est, sed nota redactoris vel editoris librorum Samuelis.

2b Legas וְלֹא = καὶ οὐκ. Luc.: ἠδύναντο, sed S. = MT.
In fine Luc. habet: κατέστη, quae videtur esse glossa e v. 10 deprompta. Pro הֵיכַל cod. Kenn. 96 habet בֵּית.

4 Pro אֶל־שְׁמוּאֵל legas bis שְׁמוּאֵל = Σαμουήλ, Σαμουήλ.

5 Post קָרָאתִי legas בְּנִי (= τέκνον), quod exhibet cod. Kenn. 30 et cod. 70 (in margine); alii codices graeci habent: υἱέ μου.

6 Luc. duplicem lectionem mixtam exhibet (MT. et S.); genuinam lectionem videtur habere cod. A: καὶ προςέθετο κύριος καὶ ἐκάλεσεν ἔτι (in cod. B deest ἔτι) Σαμουήλ, Σαμουήλ, legas ergo pro קְרֹא verbum finitum וַיִּקְרָא et deleas וַיָּקָם, quod insertum esse videtur e v. 8. Luc.: ἐκ δευτέρου (S.: τὸ δεύτερον); respondet fortasse voci omissae: הַשֵּׁנִית vel בַּשֵּׁנִית (post וַיֵּלֶךְ).

7 Luc. vertit: καὶ Σαμουὴλ ἐδούλευε; sed vocem ultimam videtur ipse inseruisse. Legas יָדַע pro יָדַע.

8 Videtur bis legendum esse שְׁמוּאֵל (Luc.); item post וַיָּקָם suppleas cum Luc. et Syr. שְׁמוּאֵל, quod exhibet cod Kenn. 174. Pro קְרֹא legas קָרָא = Luc., S., Syr., Arab.

9 Post שְׁכַב videtur excidisse בְּנִי = τέκνον, post יִקְרָא vox הַקֹּרֵא = ὁ καλῶν. Cf. paseq.

10 Post דַּבֵּר supplendum est יְהוָה = κύριε; cf. Syr., Arab.

11 Pro דָּבָר Luc. videtur legisse דְּבָרַי = τὰ ῥήματά μου, ut S.

12b S. et Luc. libere verterunt: ἄρξομαι καὶ ἐπιτελέσω (Luc. συντελέσω); MT.: „ab initio usque ad finem".

13 Legas cum Kl., Bu., Sm., Ka.: וְהִגַּדְתָּ, quia Samuel iubetur annunciare Heli verbum Domini; antiqui interpretes iam legerunt: וְהִגַּדְתִּי. Si Deus esset subiectum, textus aliter sonaret, unde Armen. I., Armen. Ed. habent: ὥςπερ ἀνήγγελκα; cod. 247: ἀναγγελεῖ. Pro בַּעֲוֹן legas בַּעֲוֹנוֹ; S.: ἐν ἀδικίαις υἱῶν αὐτοῦ = בַּעֲוֹנָיו (?) vel בַּעֲוֹן בָּנָיו (?). Pro לָהֶם legas אֱלֹהִים = θεόν; Syr. videtur legisse לְעָם.

14 S. et Luc. coniecerunt: וְלֹא כֵן καὶ οὐχ οὕτως (S.: οὐδ' οὕτως) et וּבְמִנְחֹת = καὶ ἐν θυσίαις.

15 Post הַבֹּקֶר excidit וַיַּשְׁכֵּם בַּבֹּקֶר = καὶ ὤρθρισε τὸ πρωΐ; cf. Arab.

16 Pro אֶת־ multi codices exhibent: אֶל־. Luc. textum abbreviavit ut S., qui habent bis Σαμουήλ.

17 Post אֵלֶיךָ cum Syr. legas subiectum יְהוָה; cf. Luc., qui post ἀπ' ἐμοῦ (= מִמֶּנִּי) habet: ἐκ πάντων τῶν λόγων τῶν λαληθέντων ἐν τοῖς ὠσί σου (= בְּאָזְנֶיךָ), quae est lectio varia ad verba versus ultima pertinens; Luc. enim ea omittit.

18 Post ἀπ' αὐτοῦ Luc. habet ῥῆμα = דָּבָר, quod deest in MT. Legas בְּעֵינָיו (Qerê).

19 Luc. videtur legisse: וְלֹא־נָפַל דָּבָר מִכָּל־.

20 Legas נֶאֱמַן (perfectum) pro participio נֶאֱמָן; Luc. utramque lectionem exhibet: πιστός et καὶ ἐπιστεύθη τοῦ γενέσθαι εἰς προφήτην κυρίου (21 b): „sancitum esse Samuelem prophetam Jahvae.“

21 Legas cum Kl. לְהֵרָאוֹת: „et perrexerunt (Israelitae) visitare Jahven in Silo verbi Jahvae causa“; רָאָה = „visitare“, נִרְאָה „visitari“. Verba כִּי וְגו׳ usque בְּשִׁלֹה secundo sunt glossa, quae in Syr. deest et in cod. Kenn. 187. Verba Luciani ἀπὸ ἄκρων ὁρίων (apud S. deest ὁρίων) τῆς γῆς καὶ ἕως ἄκρων sunt glossa ad 20 a pertinens.

CAPUT IV.

1 a Pertinet ad caput 3; apud Luc. et S. deest exceptis verbis εἰς πάντα Ἰσραήλ, sicut 1 b. Contra desunt in MT., quae sequuntur apud Luc. (et S.): (3, 21 c) καὶ Ἠλεὶ πρεσβύτης σφόδρα, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ πορευόμενοι ἐπορεύοντο, καὶ πονηρὰ ἡ ὁδὸς αὐτῶν ἐνώπιον κυρίου. (4, 1) καὶ ἐγένετο (S.: ἐγενήθη) ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ συναθροίζονται οἱ ἀλλόφυλοι εἰς πόλεμον ἐπὶ Ἰσραήλ. καὶ ἐξῆλθεν Ἰσραὴλ εἰς ἀπάντησιν αὐτοῖς (εἰς πόλεμον κτλ.). Suppleas ergo post פְּלִשְׁתִּים, quod debet accentu athnach signari: וְעֵלִי זָקֵן מְאֹד וּבָנָיו הָלְכוּ הָלוֹךְ וְהָרַע דַּרְכָּם לִפְנֵי יַהְוֶה׃ וַיְהִי בַּיָּמִים הָהֵם וַיִּקָּבְצוּ פְלִשְׁתִּים עַל־יִשְׂרָאֵל לַמִּלְחָמָה וַיֵּצֵא יִשְׂרָאֵל לִקְרָאתָם. Deleas articulum הָ ante אֶבֶן.

2 לִקְרַאת יִשְׂרָאֵל Luc. et S. vertunt: εἰς πόλεμον ἐπὶ Ἰσραήλ. Pro וַתִּטֹּשׁ „se extendit“ legas וַתַּעֲמֹד „pugnare coeptum est“, cf. 2 Paral. 20, 4. S.: καὶ ἔκλινεν ὁ πόλεμος, legisse videntur וַתִּטֶּה vel וַתִּט; καὶ συνέβαλον, quod apud Luc. praecedit, videtur esse lectio varia (= וַתִּתְפֹּשׂ?). Post וַיִּנָּגֶף suppleas אִישׁ = ἀνήρ „milites“.

3 Cod. B habet: λάβωμεν τὴν κιβωτὸν τοῦ θεοῦ ἡμῶν ἐκ Σιλώμ; τὴν κιβωτόν videtur insertum esse ex dogmatica causa, legas ergo cum Kl. אֱלֹהֵינוּ pro אֵלֵינוּ et deleas glossam (cf. cod. Kenn. 3!) אֶת־אֲרוֹן בְּרִית יַהְוֶה, quam Luc. iam in textu invenit; habet autem lectionem genuinam τοῦ θεοῦ ἡμῶν = אֱלֹהֵינוּ. וְיָבֹא est mendum pro וְיֵצֵא = καὶ ἐξελθέτω.

4 Bis deleas vocem בְּרִית, quae 1° deest in cod. Kenn. 171 (155 sup. ras.) et 2° in cod. 89 et 149; nam cod. B habet: τὴν κιβωτὸν κυρίου. Luc. iam exhibet glossam textui insertam, cum in cod. B desit: τῶν δυνάμεων. In fine Luc. habet: οὗ (super arcam) ἐπεκάθητο τὰ Χερουβίμ (emendatio dogmatica!); S.: καθημένου Χερουβείμ. Pro וְשָׁם legendum est וְגַם = καὶ. Secunda vice cod. B solum (μετὰ) τῆς κιβωτοῦ habet, Luc. = MT.

5 Cod. B: κιβωτὸς κυρίου, deleas ergo בְּרִית, quod Luc. iam in textu invenit; deest in cod. Kenn. 180.

7 Luc. habet: καὶ ἐφοβήθησαν οἱ ἀλλόφυλοι σφόδρα (= מְאֹד?). Cod. B: ὅτι (ut legendum videtur pro οὗτοι et cod. 247 revera exhibet) οἱ θεοὶ ἥκασιν πρὸς

αὐτούς κτλ. Legas ergo: אֱלֹהֵיהֶם בָּאוּ אֲלֵיהֶם „dii eorum venerunt ad eos“ (e mente Philistaeorum!), Luc. vertit respectu habito monotheismi Iudaeorum, id quod contextui minime convenit (cf. v. 8). Deleas אוֹי לָנוּ (= οὐαὶ ἡμῖν), quod videtur e versu sequente depromptum vel corruptum ex הַצִּלֵנוּ = ἐξελοῦ ἡμᾶς, et suppleas voces בַּעַל הַיּוֹם = κύριος (sic! agitur de Baal Philistaeorum) σήμερον. Syr. = MT.

8 Etiam hic Luc. vertit ratione habita monotheismi Hebraeorum. In fine בַּמִּדְבָּר „in deserto“ mendum esse, iam e contextu elucet. Luc. et S.: καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ, nonnulli cod.: ἐν πάσῃ (τῇ) ἐρήμῳ, legas: גַּם בַּדֶּבֶר „etiam peste“ vel וּבַדֶּבֶר (Bu.); cf. Kl.

9 In fine excidit עִמָּם „adversus eos“; S. et Luc.: καὶ πολεμήσατε αὐτούς. Syr. 'amhûn.

10 Post פְּלִשְׁתִּים legas עִם יִשְׂרָאֵל = Syr.; S. et Luc.: αὐτούς. Post וַיִּנָּגֶף legas אִישׁ ut v. 2 (= Luc., S.). Luc. habet: καὶ πταίει ἀνὴρ Ἰσραὴλ ἐνώπιον τῶν ἀλλοφύλων = לִפְנֵי הַפְּלִשְׁתִּים, quod videtur e v. 17 suppletum, licet multi codices graeci id exhibeant; cf. v. 17. S. εἰς (Luc.: τὸ) σκήνωμα αὐτοῦ = לְאָהֳלוֹ (propter scriptionem defectivam). Pro רַגְלִי S. hic et 15, 4 videntur legisse דֶּגֶל vel דְּגָלִים.

12 Pro אִישׁ־בִּנְיָמִן legas aut בֶּן־יְמִינִי = Ἰεμιναῖος (Luc.) aut מִבִּנְיָמִן (cf. Syr.). Luc. habet: ἐκ τῆς παρατάξεως (= S.) τοῦ πολέμου, quae est versio libera.

13 Si conferas v. 18, elucebit tibi, Heli thronum custodis portae conscendisse, legas ergo pro "יֹשֵׁב עַל־הַכִּסֵּא וְגו: עָלָה כִסֵּא הַשֹּׁעֵר מְצַפֶּה הַדֶּרֶךְ „conscenderat thronum custodis portae spectantis viam“; S. enim habent (cod. B): καὶ ἰδοὺ Ἠλεὶ (cod. A et Luc.: ἐκάθητο) ἐπὶ τοῦ δίφρου (Luc.: αὐτοῦ) παρὰ τὴν πύλην σκοπεύων τὴν ὁδόν; יֹשֵׁב ergo insertum est, postquam verbum עָלָה „conscendit“ divisum est in "עַל־ה (cf. 1, 9); יַךְ דֶּרֶךְ (Qerê יַד) = Syr. „ad latus viae“ videtur emendatum (vel potius corruptum) e v. 18 male intellecto (cf. ibi paseq lineam).

14 Post 14a inseras versum 15, cuius locum hic esse, e contextu liquet.

15 14b enim apud Luc. et S. bis exhibetur, post versum 15 habent: καὶ εἶπεν Ἠλεὶ τοῖς ἀνδράσι(ν) τοῖς παρεστηκόσιν (S. περιεστ.) αὐτῷ τίς ἡ φωνὴ τοῦ ἤχου(ς) τούτου, quae est lectio genuina; suppleas ergo post וַיֹּאמֶר: אֶל־הַנִּצָּבִים עָלָיו „ad circumstantes“ (cf. v. 20). 14b in textu graeco glossam esse, sequitur ex eo quoque, quod in cod. B et A (v. 16) sequitur (quod a Luc. omissum est) colon: καὶ ὁ ἀνὴρ σπεύσας προςῆλθεν (cod. A: πρὸς) Ἠλεὶ καὶ εἶπεν αὐτῷ. 14b autem ibi sonat: καὶ εἶπεν (Luc. εἶπε) τίς ἡ βοὴ (Luc. φωνὴ) τῆς φωνῆς (Luc. ἀκοῆς) ταύτης; καὶ ὁ ἄνθρωπος σπεύσας εἰςῆλθεν (Luc. εἰςῆλθε) καὶ ἀπήγγειλεν (Luc. ἀπήγγειλε) τῷ Ἠλεί; secunda ergo pars huius glossae accuratius reddit textum genuinum, quam 16a (S.).

16 Cod. B et A textum abbreviatum exhibent (καὶ εἶπεν αὐτῷ omissis tam verbis praecedentibus: καὶ ἀπήγγειλεν τῷ quam sequentibus ὁ ἀνὴρ πρὸς Ἠλεί), Luc. autem auctum: καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἀνὴρ ὁ ἐληλυθὼς (= וַיַּעַן הָאִישׁ הַבָּא) καὶ εἶπεν; porro: καὶ εἶπεν αὐτῷ Ἠλεί, in fine denique: ἀπάγγειλόν μοι τέκνον. Prius הַמַּעֲרָכָה mendum est pro הַמַּחֲנֶה = τῆς παρεμβολῆς.

17 Initio Luc. et S.: καὶ ἀπεκρίθη τὸ παιδάριον (pro ὁ ἄγγελος) καὶ εἶπεν (Luc. αὐτῷ). Pro לִפְנֵי multi codices melius habent מִפְּנֵי = ἀπὸ προσώπου (S. ἐκ πρ.). Nomina Ὀφνεὶ καὶ Φινεές desunt apud Luc. et in cod. B, inveniuntur autem in cod. A et 247.

18 Suppleas post וַיִּפֹּל nomen עֵלִי, quod excidisse elucet e Syr., Arab., cod. graec. XI et 247 (paseq!). Pro יַד הַשַּׁעַר „latus portae" (S. ἐχόμενα τῆς πύλης) legas יְדֵי הַשֹּׁעֵר „(inter) manus custodis portae" (Kl.). וְכָבֵד Luc. bis vertit ἦν.. βαρὺς καὶ ἔνδοξος; hic autem de gravitate corporis non de auctoritate personae agi, patet. Ultima verba a redactore librorum Samuelis addita sunt. εἴκοσιν mendum est pro τετταράκοντα (cod. 120, Compl., Ald., Georg, Slav.). Cf. paseq.

19 ללת mendum est pro לָלֶדֶת, fortasse ortum ex pronuntiatione monosyllaba (לְדֶת lädth). Pro ומת legas cum Dr., Bu., Sm. וַיָּמֹת (Ges. 114 r).

20 Pro וכעת legas וּכְעִתָּהּ = καὶ ἐν τῷ καιρῷ αὐτῆς, multi codices hebraei habent וּכְעֵת, quod ortum est ex lectione genuina, postquam scriptum est מוֹתָהּ „mortis eius" pro מֵתָה = ἀποθνήσκει; revera ו deest in cod. Kenn. 168. S. et Luc.: καὶ εἶπον αὐτῇ αἱ γυναῖκες αἱ παρεστηκυῖαι; in fine: καὶ οὐκ ἐνόησεν ἡ καρδία αὐτῆς.

21 אִי־כָבוֹד („ubi est gloria"?) ortum esse ex יוֹכָבֵד (ut 2, 33 איש e יש), testatur Luc., qui habet post glossam Οὐαὶ βάρ lectionem genuinam Ἰωχαβήδ; cod. A habet Οὐαὶ χαβώθ = אוֹי כָּבֹד „vae gloriae (Israel, i. e. arcae, cf. ψ 78, 61), cod. B: Οὐαὶ βαρχαβώθ = אוֹי עָבַר כָּבוֹד „vae, ablata est gloria (arca)"; Pe. putat esse glossam aramaizantem: אוֹי בַּר כָּבוֹד „vae, fili gloriae", ut Οὐαὶ βάρ Luciani „eheu, filius!" Verba לֵאמֹר גָּלָה כָבוֹד מִיִּשְׂרָאֵל „acsi dixisset: capta est gloria (arca), ex Israel" glossa rabbinica esse videntur. Deleas etiam (post אֶל־) vocem הִלָּקַח, quam S. non vertunt; versus ergo sonat: „et vocavit puerum Iochebed („Iahve est maiestas essentialis") respectu habito arcae Dei et soceri sui et viri sui." Sensus est: „Benedictus Dominus, sive bona tribuit sive mala", cf. Iob 1, 21. Cf. etiam commentarium meum in libros Samuelis (Wien, Mayer, 1904). Luc. in fine versus habet glossam: ὅτι ἀπέθανεν. Nonnulli codices Hebraei habent: וְאֶל־מוֹת ח״ „et respectu habito mortis soceri" etc., quae lectio non videtur esse genuina.

22 Cod. B εἶπαν, legas ergo: וַתֹּאמַרְנָה „dixerunt autem", sc. mulieres adstantes, quia miratae sunt, quod mater moriens filio tale nomen („gloria Deo!")

tribueret. Unde responderunt: „capta est gloria Israelis (deleas מ ante יִשְׂרָאֵל, cod. B: δόξα Ἰσραήλ), et tu dicis: Gloria Iahvae (sit)?“ In fine videtur Syr. lectionem genuinam habere: אֲרוֹן יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל, lectiones variae breviores (cod. B: κυρίου, cod. A et Luc.: τοῦ θεοῦ = MT.) ortae sunt e textu non perscripto, sed per compendia excepto.

CAPUT V.

2 Luc.: καὶ ἔλαβον αὐτὴν οἱ ἀλλόφυλοι καὶ εἰσήνεγκαν αὐτὴν τὴν κιβωτόν; cod. B et A = MT. excepto (τοῦ) κυρίου (= יְהוָה pro) הָאֱלֹהִים, unde facile colligitur, Luciani τὴν κιβωτὸν (τοῦ θεοῦ) esse lectionem genuinam pro priore αὐτήν. Subiectum פְלִשְׁתִּים videtur textui insertum esse, deest enim apud Luc.; accuratius legendum esset הָאַשְׁדּוֹדִים „Azotii“.

3 Textum genuinum habet cod. A: καὶ ὤρθρισαν οἱ Ἀζώτιοι τῇ ἐπαύριον καὶ εἰςῆλθον εἰς οἶκον Δαγὼν καὶ εἶδον καὶ ἰδού κτλ.; Luc. τῇ ἐπαύριον post vocem Δαγών posuit. Suppleas post מִמָּחֳרָת in MT.: וַיָּבֹאוּ בֵּית־דָּגוֹן וַיִּרְאוּ; pro אֶל־ melius legas עַל־. Pro יְהוָה Luc. et S. habent τοῦ θεοῦ, nominum enim divinorum saepe unum cum altero commutata sunt. In fine versus abbreviatione exciderunt, quae nunc 6a sequuntur, ubi in MT. altera plaga omissa est, cum apud Luc. et S. utraque ibi inveniatur. Legas hic: וַתִּכְבַּד יַד־יְהוָה עַל־הָאַשְׁדּוֹדִים וַיְשִׁמֵּם וַיַּךְ אֹתָם בָּעֳפָלִים אֶת־אַשְׁדּוֹד וְאֶת־גְּבוּלֶיהָ = καὶ ἐβαρύνθη ἡ χεὶρ κυρίου ἐπὶ (Ἄζωτον καὶ ἐβασάνιζε) τοὺς Ἀζωτίους καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς εἰς τὰς ἕδρας αὐτῶν (Luc.), attamen עֹפֶל non sedem plagae prioris, sed plagam ipsam designare debet; cf. Qerê massoretharum בַּטְּחֹרִים, legas בִּטְחֹרִים „et affecit eos vomicis“. Veteres interpretes falso putarunt עֳפָלִים designare „nates vel clunes vel podices“ (Vet. Lat. hic habet „in domibus“, quod mendum est pro „in clunibus“!); unde etiam in ψ 78, 66 legendum est וַיַּךְ צָרָיו בִּטְחֹרִים „et affecit eos vomicis“, non: „et afflixit (percussit) eos in natibus“ (eorum, cf. Luc.). אָחוֹר „retro“ ibi mendum esse et e contextu liquet et Ch. testatur; cf. commentarium meum ad 1 Sam. 6, 5, ubi de imaginibus plagarum agitur. Cf. v. 6.

4 Initio legas pro וַיַּשְׁכִּמוּ cum Luc. et S.: וַיְהִי כִּי יַשְׁכִּמוּ = καὶ ἐγένετο ὡς (S.: ὅτι). Luc. ad hoc verbum supplevit subiectum οἱ Ἀζώτιοι. Pro אֶל־ legas עַל־. 4b Luc. vertit: καὶ ἡ κεφαλὴ Δαγὼν καὶ ἀμφότερα τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν (S.: χειρῶν sine τῶν) αὐτοῦ ἀφῃρημένα ἐπὶ τά ἐμπρόσθια τῶν σταθμῶν (S.: ἐμπρόσθια ἀμαφὲθ ἕκαστοι, alias ἕκαστον, Lucifer Calaritanus: ἑκατόν), καὶ ἀμφότεροι οἱ καρποὶ τῶν χειρῶν αὐτοῦ πεπτωκότες ἐπὶ τὸ πρόθυρον, πλὴν ἡ ῥαχὶς Δαγὼν ὑπελείφθη. Videntur quidem primo aspectu Graeci interpretes 4b bis vertisse; sed melius cum Grimme dicemus, in MT. primo verba quaedam excidisse lapsu oculi scribae cuiusdam, dein unum colon cum altero esse commutatum; legas ergo post

verba haec: רַגְלָיו כְּרוּתוֹת עַל־הַמִּפְתָּן וּשְׁתֵּי כַּפּוֹת יָדָיו נֹפְלוֹת אֶל־הַפֶּתַח רַק גֵּו דָּגוֹן נִשְׁאַר כַּפּוֹת „et caput Dagonis eiusque pedum ambo vestigia abscissa (iacebant) super limine, cum ambo articuli manuum cecidissent in pronāum, ita ut solus truncus Dagonis remaneret.“ Kl. putat colon, in quo de pedibus agatur, esse glossam, quia Dagon exceptis capite et manibus (humanis) corpus piscis habuerit; contra Grimme (Paseḳstudien) aestimat, textum Hebraicum truncum esse ac mutilum, Graecum autem integrum, et Dagonem non esse Deum piscium sed frumenti; attamen neuter videtur recte dicere; Dagon enim teste Siegfried (Guthe, Kurzes Bibelwörterbuch, pag. 114) idem est atque Ea (vel Oannes), qui assyrice tamquam creator omnium animalium aquatilium vocatur dakan, non autem uno tantum modo effingitur, sed mox superiorem corporis partem humanam, inferiorem pisceam habet (Vigouroux, La Bible et les découvertes modernes, 6[e] éd., III, 228), mox totus formam hominis (Kaulen, Assyrien und Babylonien, 5. Aufl., 216), cute piscea indutus. — Post רַק excidit גֵּו = ῥαχίς. עָלָיו (in fine) deest in versionibus antiquis et in cod. Kenn. 182 ortumque videtur ex vocibus sequentibus עַל־כֵּן. Verba, quae inveniuntur post τὰ ἐμπρόσθια videntur esse glossa ad hanc vocem pertinens: τῶν σταθμῶν (vel potius βαθμῶν, cf. v. 5 in S.) ἔσχατον (Kl.: limen inferius, in oppositione ad superius מַשְׁקוֹף); quae glossa valde corrupta est, ut Luc. et codices varii S. ostendunt. ἀμαφέθ est vox Hebraica מִפְתָּן „limen“; cod. 236 habet μαφεθάν, cod. 244 ἀμαφεθάμ, alii codices aliter.

5 Hic versus videtur glossa Hebraei cuiusdam, qui explicare voluit usum transiliendi limen templi Dagonis; hic usus enim non Philistaeorum tantum proprius erat, sed communis, immo teste Fürst apud Persas usus erat transiliendi limina palatii regii, quia sancta habebantur. Cf. etiam Soph. 1, 9. Quodsi ita est, explicatur, cur glossa apud Luc. uberior sit, addit enim: ἀλλ' ὑπερβαίνοντες ὑπερβαίνουσιν = כִּי עָבֹר יַעֲבֹרוּ, et cur cod. Kenn. 102 verba יִדְרְכוּ usque ad finem versus sup. ras. habeat. Post מִפְתָּן excidit vox בַּיִת = οἴκου.

6 Legas melius עַל־ pro אֶל־. Luc. textum uberiorem exhibet: καὶ ἐβαρύνθη ἡ χεὶρ κυρίου ἐπὶ Ἄζωτον καὶ ἐβασάνιζε τοὺς Ἀζωτίους, quae fortasse est lectio genuina versus 3, ubi de vomicis sermo esse debuit: וַתִּכְבַּד יַד־יְהוָה עַל־אַשְׁדּוֹד וַיַּשֵּׁם אֶת־הָאַשְׁדּוֹדִים. S. vertunt: ἐπὶ Ἄζωτον καὶ ἐπήγαγεν αὐτοῖς κτλ.; videtur igitur lectio Massorethica hic esse genuina. Sed pro priore plaga (cf. v. 3) ponenda est omissa altera murium agrestium iuxta Lucianum: καὶ ἐπήγαγεν αὐτοῖς μύας καὶ ἐξέβρασαν εἰς τὰς ναῦς (legas τοὺς ναοὺς) αὐτῶν καὶ εἰς μέσον τῆς χώρας αὐτῶν ἀνεφύησαν μύες καὶ ἐγένετο σύγχυσις θανάτου μεγάλη ἐν τῇ πόλει = וַיָּבֵא עֲלֵיהֶם עַכְבָּרִים וַיִּרְמְשׂוּ הֵיכְלֵיהֶם וַיַּעֲלוּ הָעַכְבָּרִים בְּתוֹךְ אַרְמְנֹתָם וַתְּהִי מְהוּמַת מָוֶת גְּדֹלָה בָּעִיר. Ad vocem אַרְמוֹן = χώρα cf. Am. 3, 9—11; 6, 8; Mich. 5, 5; Is. 34, 13. Immerito ergo Sabatier (Bibliorum Sacr. latinae versiones antiquae, Remis 1743)

provocans ad Martianay verba: καὶ ἔζεσεν αὐτοῖς εἰς τὰς ναῦς καὶ μέσον τῆς χώρας αὐτῆς ἀνεφύησαν μύες additamentum esse declarat. Cf. Kl. et comment. meum.

7 Luc. ad verba ὅτι οὕτως (S.) explicans addit: γέγονεν αὐτοῖς.

8a Luc. supplet bis subiectum οἱ Ἀζώτιοι (post ἀλλοφύλων et post λέγουσιν). Pro voce גִּתָּה legendum est הַגִּתִּים = οἱ Γεθθαῖοι. Postquam mutata est vox הַגִּתִּים in גַּת, omissa sunt verba אֵלֵינוּ גִּתָּה = πρὸς ἡμᾶς εἰς Γέθ (Luc.), quae suppleas ante וַיַּסֵּבּוּ, item suppleas in fine גִּתָּה = εἰς Γέθ (Luc.) vel εἰς Γέθθα (S.).

9 Luc. exhibet textum uberiorem: καὶ ἐγένετο ἐν τῷ (S.: μετὰ τὸ) μετελθεῖν τὴν κιβωτὸν πρὸς τοὺς Γεθθαίους (S. habent tantum αὐτήν), cod. 19: πρὸς Γέθ; videtur supplendum esse אֶל־הַגִּתִּים. In fine Luc. habet: εἰς τὰς ἕδρας, S.: καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς εἰς τὰς ἕδρας αὐτῶν MT. autem: וַיִּשָּׂתְרוּ לָהֶם עֳפָלִים „et absconditae sunt eis vomicae“ (?). Si totam historiam de Philistaeorum plagis consideraveris, facile concedes, de qualibet urbe pentapoleos origine tenus eadem iisdem fere verbis relata fuisse, historiam autem postea esse contractam. Legas ergo post גָּדוֹל in MT.: בָּעֳפָלִים וַיִּשְׁרְצוּ לָהֶם עַכְבָּרִים. Luc. enim v. 10a post glossam: καὶ ἐποίησαν (S.: ἑαυτοῖς) οἱ Γεθθαῖοι ἕδρας χρυσᾶς (cf. 6, 10!) lectionem exhibet genuinam: καὶ ἐξέβρασαν ἐν αὐτοῖς μύες. St. Hieronymus iam hic historiam in angustiam cogens vertit: „uniuscuiusque urbis“, licet de rebus Accarone gestis in sequentibus agat, et glossam auctam exhibet: „inieruntque Gethaei consilium (cf. 6, 2 seqq.) et fecerunt sibi sedes pelliceas“ (sic! cf. 6, 10). Ad has textus mutationes paseq linea videtur animum lectoris advertere. Cf. Kl. et comm. meum. Paseq secundum indicare videtur legendum esse בְּיַד pro יַד, quod contextui non convenit. Grimme vult legere מְעִירָה „excitans (magnam tribulationem etc.)“. Sed cf. v. 11b.

10 Luc. (10c): καὶ ἐξαποστέλλουσιν οἱ Γεθθαῖοι et τοῦ θεοῦ Ἰσραήλ. Pro עֶקְרוֹן (= Ἀκκαρών) interpretes Graeci habent Ἀσκαλών. Ordo urbium ratione habita situs earum videtur hic fuisse: Azotus, Ascalon, Gaza, Gath, Accaron vel idem ac 6, 17, unde lectio Graeca non videtur esse genuina. In MT. ergo omissa est relatio de rebus in urbibus Ascalon et Gaza gestis, quae autem de ultima urbe (Accarone) relata erant, in epitomen coacta exhibentur. 10b Luc. exhibet: Τί ἀπεστάλκατε τὴν κιβωτόν κτλ.; videtur ante הֵסַבּוּ haplographia excidisse הֲ = „an?“ Pro אֵלַי legas אֵלֵינוּ = πρὸς ἡμᾶς, in fine pro עַמִּי: עַמֵּנוּ = τὸν λαὸν ἡμῶν. Pro לַהֲמִיתֵנוּ fortasse melius legitur (cf. v. 11): לְהָמִית אֹתָנוּ.

11 Legas pro אֹתִי et עַמִּי: אֹתָנוּ = ἡμᾶς et עַמֵּנוּ = τὸν λαὸν ἡμῶν. 11b Luc. post glossam βαρεῖα σφόδρα (= כָּבְדָה מְאֹד, MT.) lectionem exhibet genuinam: ὡς εἰσῆλθεν ἡ κιβωτὸς τοῦ θεοῦ Ἰσραήλ (S.: ἐκεῖ); legas ergo: כְּבֹא שָׁם אֲרוֹן אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל. Si textus Hebraicus genuinus esset, legi deberet: בְּיַד „et facta est tribulatio mortis in tota urbe gravis valde manu Dei Israel“ (שָׁם mendum pro יִשְׂרָאֵל). Sed videtur textus mutatus esse ratione habita versus 9.

12 MT. sonat: „et homines, qui non mortui erant, affecti sunt vomicis"; sed Luc. habet: οἱ ζῶντες, legas cum Kl. pro וְהָאֲנָשִׁים participium verbi אָנַשׁ: הָאֲנֻשִׁים vel הַנֶּאֱנָשִׁים (2 Sam. 12, 15) „infirmi" vel „convalescentes"; cf. Luc. et S. In fine multi codices habent הַשָּׁמָיְמָה.

CAPUT VI.

1 Luc.: ἡ κιβωτὸς τοῦ θεοῦ, cod. B: ἡ κιβωτός, cod. A = MT.: ἡ κιβωτὸς κυρίου. 1 b in MT. excidit; Luc. habet: καὶ ἐξέβρασεν (S.: ἐξέζεσεν) ἡ γῆ αὐτῶν μύας, suppleas ergo: וַתִּשְׁרֹץ אַרְצָם עַכְבָּרִים.

2 a Luc. et S. videntur ante לֵאמֹר legisse: וּלְחַרְטֻמִּים = καὶ τοὺς ἐπαοιδούς, ut Ex. 8, 9; Dan. 1, 20. 22. Luc. iterum habet τοῦ θεοῦ, S.: (τοῦ) κυρίου = MT.

3 a Post מְשַׁלְּחִים suppleas אַתֶּם = ὑμεῖς; Luc.: τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου τοῦ θεοῦ Ἰσραήλ (= cod. A), cod. B: τὴν κιβωτὸν διαθήκης θεοῦ κυρίου Ἰσραήλ; Syr.: „arcam Domini dei Israel", videtur ergo excidisse vox יְהוָה. Pro תֵּרָפְאוּ (ἰαθήσετε) legas cum Kl.: תַּרְפּוּ vel תַּרְפֻּהוּ „sinite eam". וְנוֹדַע S. et Luc. vertunt: καὶ ἐξιλασθήσεται.

4 Pro voce מִסְפַּר melius legas כְּמִסְפַּר = κατὰ ἀριθμόν (Luc.). Verba עָפְלֵי ante et וַחֲמִשָּׁה עַכְבְּרֵי זָהָב post vocem זָהָב (primo) sunt glossa, ut e verbis sequentibus patet; prius enim de materia sermo est, dein demum de imaginibus ex ea fingendis. חֲמִשָּׁה, sc. מָנִים „quinque minas". Pro לְכֻלָּם legas לְכֻלְּכֶם (quod multi codices exhibent) = ὑμῖν. S. et Luc. in fine habent: καὶ ἐν τῷ λαῷ, quae videtur esse glossa.

5 Luc.: καὶ πέντε μύας (S.: καὶ μῦς χρυσοῦς), quae est glossa; textus Graecus ubique corruptus est; apud Luc. et in cod. B deest colon prius, in cod. B etiam verbum ποιήσατε; cod. A: καὶ ποιήσεται (legas ποιήσατε) ὁμοίωμα τῶν ἑδρῶν ὑμῶν καὶ ὁμοίωμα τῶν μυῶν ὑμῶν κτλ. (cf. v. 11). Luc.: καὶ δώσετε τῷ κυρίῳ θεῷ Ἰσραὴλ δόξαν, legas לַיהוָה ante אֱלֹהֵי.

6 In fine Luc. habet: ἐξαπέστειλε τὸν λαὸν αὐτοῦ = וַיְשַׁלְּחוּ עַמּוֹ; S. = MT.

7 Luc.: καὶ λάβετε δύο βόας = וּקְחוּ שְׁתֵּי פָ"; S. = MT. S.: ἄνευ τῶν τέκνων, Luc.: ἄνευ τῶν τετεγμένων (sic!) ortum est e voce ἀζεύκτων (Kl.) = ἐφ' ἃς οὐκ ἐπετέθη ζυγός (Luc., qui ergo exhibet duplicem versionem). Legas melius בָּעֲגָלָה cum articulo pro בְּעֲ"; S. et Luc. ἐν τῇ ἁμάξῃ.

8 Legas melius עַל־הָעֲגָלָה (pro אֶל־). Luc. aut neglexit pronomen relativum aut in textu non invenit, vertit enim ἀπόδοτε . . . καὶ θήσετε; similiter S.: ἀποδώσετε . . . καὶ οὐ θήσετε. Vocem בָּאַרְגָּז a radice ארג derivandam („in bursa") bis verterunt: ἐν θέματι et βαεργάζ (Luc.), cod. A: ἀργόζ (ergo pronunciandum et scribendum אַרְגָּז, non אַרְגַּז, ut Massorethae volunt), cod. B: βερεχθάν vel βερσεχθάν = בְּמַעֲרֶכֶת (Lev. 24, 6. 7) vel potius בְּמַעַרְכְתָּם „in ordine (suo vel)

eorum“. Pro מִצִּדּוֹ Luc. habet: ἐκ πλαγίων μέρους αὐτῆς. Lineam paseq putat Grimme hic positam esse, quia emendator quidam in usu vocis כֵּלִים offenderit.

9 Luc. initio habet καὶ ἀπελεύσεσθε (= וַהֲלַכְתֶּם?), quod videtur ortum ex: καὶ ἀπελεύσεται (8 in fine), in fine autem: ἀλλὰ σύμπτωμα κτλ. (= S.), Syr.: 'ellâ; suppleas ergo כִּי „sed“ ante vocem מִקְרֶה, ut exhibet cod. Kenn. 2.

10 Pro הָאֲנָשִׁים „homines“ S. et Luc. habent: οἱ ἀλλόφυλοι, Syr.: „homines illi“. כָּלוּ syncope ortum est e כָּלְאוּ (cod. Kenn. 96 cum metathesi: כלוא).

11 Cod. B tantum exhibet: τὴν κιβωτόν, cod. A: τ. κ. κυρίου, Luc.: τ. κ. τοῦ θεοῦ (= Syr.). Legas עַל־הָעֲגָלָה. Verba וְאֵת הָאַרְגַּז sunt glossa, desunt enim apud Luc. (S. habent: καὶ τὸ θέμα ἐργάβ, cod. A: ἀργόζ), nec conveniunt contextui, quia imagines aureae tam vomicarum quam murium nondum in sacculo posita exhibentur. Pro צַלְמֵי טְחֹרִים „imagines vomicarum“ legas: עֳפָלֵי־הַזָּהָב שָׂמוּ בָּאַרְגַּז מִצִּדּוֹ = Luc.: καὶ τὰς ἕδρας τὰς χρυσᾶς ἔθηκαν ἐν θέματι (βαεργαζ) ἐκ πλαγίων αὐτᾶς. Syr. = MT. טְחֹר est Qerê pro voce obsoleta (?) עֹפֶל, quam multi codices hic quoque exhibent.

12 Pro וַיִּשַּׁרְנָה melius legitur וַיְיַשַּׁרְנָה = καὶ κατεύθυναν (Ges. 145 p). Luc. duplicem versionem exhibet; verba enim ἐν ὁδῷ μιᾷ ἐπορεύοντο πορευόμεναι καὶ βοῶσαι lectio genuina sunt pro verbis praecedentibus: ἐν τρίβῳ εὐθείᾳ ἐπορεύοντο (= κατεύθυναν?). ἐκοπίων = יָגְעוּ, lectio spuria orta ex (inf. absol.) וְגָעוֹ a radice גָּעָה = μυκᾶσθαι (unus cod. in margine habet μυκώμεναι).

13 Initio excidisse videtur vox אַנְשֵׁי ante בֵּית שֶׁמֶשׁ aut legendum וּבֵית הַשִּׁמְשִׁים (cf. v. 19). In fine legas pro לִרְאוֹת „ut viderunt“: וַיֵּלְכוּ לִקְרָאתוֹ „et obviam ierunt ei“ = Luc.: καὶ ἐπορεύθησαν (hoc verbum in S. deest) εἰς ἀπάντησιν αὐτῆς. Cod. Kenn. 96 habet עֵינֵיהֶם לִרְאוֹת. Syr. = MT.

14 Post וַתַּעֲמֹד legas וַיָּשִׂימוּ־שָׁם = καὶ ἔστησαν ἐκεῖ (παρ' αὐτῇ, glossa!) λίθον μέγαν.

15 Pro הוֹרִידוּ „deposuerunt“ legendum est הֵרִימוּ = ἀνήνεγκαν; fortasse paseq linea hoc indicat; attamen Grimme recte dixerit, emendatorem hac linea alteram versus partem spuriam reddidisse; revera videtur esse glossa ad 14b pertinens. Pro זָהָב legendum est הַזָּהָב, ut 4 codices habent, et pro אֶל־ melius עַל־, quod multi exhibent codices.

16 Pro עֶקְרוֹן interpretes Graeci Ἀσκάλωνα ponunt: cf. 5, 10 seqq.

17a Pro lectione genuina עָפְלֵי, quod nonnulli codices adhuc exhibent, iam Qerê טְחֹרֵי textui insertum est; S. et Luc.: αἱ ἕδραι.

18a Pro מִסְפַּר (Luc. κατὰ ἀριθμόν) legas כֹּפֶר „piaculum“ vel מוּסָר (Kl.). De numero enim omnium urbium Philistaeorum non est sermo, capitales tantum quinque sunt. Contra pro כֹּפֶר legendum est כְּפַר = κώμης. הַפְּרָזִי S. et Luc. pro nomine gentilicio habuerunt; designat incolas camporum. Pro וְעַד־אָבֵל (paseq!) legendum est וְהָאֶבֶן, S. et Luc.: καὶ ἕως τοῦ λίθου (aliquot codices Hebr. habent אֶבֶן), ἕως est glossa sicut Hebraicum עַד, ut iam ex contextu

patet, ergo nec וְעֹר (Dr.) nec וְעַר (The.) legendum. Mutato אֶבֶן in אָבֵל, quod habebatur pro nomine urbis, scriba quidam scripsit וְעַד. Luc.: τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου (= S.; Syr. MT.) τοῦ ἐν ἀγρῷ κτλ. (legas ἐν ἀγρῷ τοῦ Ἰωσῆε κτλ.).

19 וַיַּךְ „et percussit“ vestigium est lectionis genuinae, quam exhibet Luc. (et S.): καὶ οὐκ ἠσμένισαν οἱ υἱοὶ Ἰεχονίου (ἐν τοῖς ἀνδράσι κτλ.), legas ergo: וְלֹא־חָדוּ בְּנֵי־יְכָנְיָהוּ (Bu., Kl., Pe.); cf. 1 Paral. 6, 44 et comment. meum. Pro רָאוּ, quod cum בְּ rei obiectae designat „aliquem consalutare“, Syr. legit יָרְאוּ „timuerunt“, ad quod Arab. addit: „ne inducerent eam in domos suas.“ Pro בָּעָם utroque legas בָּהֶם = ἐν αὐτοῖς, licet Luc. et S. semel tantum ita vertant et cod. 452 pro priore tantum בָּהֶם exhibeat; pro altero Armen. 4. habet ἐξ αὐτῶν. Porro post שִׁבְעִים אִישׁ „septuaginta homines“, non potest scribi חֲמִשִּׁים אֶלֶף אִישׁ „quinquaginta milia hominum“, praesertim cum numerus incolarum urbis Bethsemes non fuerit tantus. Codex Kenn. 526 habet haec cola ordine inverso, in tribus cod. (84, 210, 418) deest, multi codices exhibent וחמשים, cod. 145: חמשת, in duobus (569, 607) deest alterum אִישׁ. Legas cum Pe.: וַחֲמִשָּׁה אַלְפִּים „et quinque principes (stirpium)“. Luc. ἀνδρῶν ἐκ τοῦ λαοῦ, Hieronymus: „plebis“; ast non opponitur infima plebs aliis hominibus. Luc. in fine habet σφόδρα = מְאֹד.

20 Cod. A lectionem genuinam habet: (κυρίου) τοῦ θεοῦ, quae in cod. B et apud Luc. nunc deest.

CAPUT VII.

1 Versus 1 ratione argumenti ad caput 6. pertinet. Paseq linea post secundam vocem auctore Grimme partem versus secundam spectat indicatque, emendatorem quendam in hac offendisse vel saltem in nomine „Eleazar“. 2 Sam. 6, 1 seqq. nominantur duo filii Abinadabi „'Uzzâ et 'Achjô“. Grimme dicit: „si Eleazar sacerdos arcae fuisset, etiam ipsius debuisset fieri mentio“, et difficultatem hanc solvi putat, si 2 Sam. 6, 3 legatur: אָחִיו „frater eius“, i. e. Eleazar. Atqui Luc. vertit: καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ (= אֶחָיו), quae lectio non minus potest esse genuina atque ceterae (אַחְיוֹ et אָחִיו). Ego puto, Eleazarum, si idem esset ac אָחִיו, i. e. frater Uzzae (Osae), etiam 2 Sam. 6, 3 solum inducendum fuisse custodem arcae; atqui duo vocantur ibi fratres, ergo Eleazar non fuit amplius custos arcae, interea enim mortuus erat, imo Uzza et Achjo non videntur esse filii Abinadabi sensu stricto, sed sensu lato: nepotes Abinadabi, quia nonaginta fere anni lapsi erant inde a consecratione Eleazari usque ad translationem arcae in montem Sion (1091—1002 a. Chr.). Veri ergo simile est, Uzzam et Achjonem fuisse Eleazari filios. S. et Luc. bis habent: τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου. Ante vocem בַּגִּבְעָה multi codices exhibent אֲשֶׁר = S. et Luc. (τὸν ἐν τῷ βουνῷ).

2a Pro הָאָרוֹן cod. Kenn. 96 אֲרוֹן יְהוָה habet (= Vulg., Arab.), quae videtur esse lectio genuina; Luc.: ἡ κιβωτὸς τοῦ θεοῦ. Relatis plagis, quibus Deus afflixit Philistaeos et Bethsamitas exspectatur hic nuntius, utrum simile quid factum sit in Qirjath-Iearim necne; suppleas ergo cum Kl. ratione habita 2 Sam. 6, 11: וַיְבָרֶךְ יְהוָה אֶת־אֲבִינָדָב וְאֶת־כָּל־בֵּיתוֹ „et benedixit Iahve Abinadabo cunctaeque familiae eius". Verba וַיִּהְיוּ עֶשְׂרִים שָׁנָה est glossa pretiosa redactoris. Pro וַיִּנָּהוּ „et congregati sunt" legas וַיִּפְנוּ (ut Ex. 29, 16 et saepius); cf. καὶ ἐπέστρεψε (Luc.) et ἐπέβλεψεν (S.) et Syr. In fine Luc. habet ἐν εἰρήνῃ = בְּשָׁלֹם, legas בְּשִׁלֹה „Silunte" (Kl.).

3 Ante וְהָעַשְׁתָּרוֹת excidisse הַבְּעָלִים iam ex sequentibus patet verbis (v. 4).

4 In fine Luc. habet: καὶ εὐηρέστουν αὐτῷ = וַיִּתְהַלְּכוּ אִתּוֹ vel melius לְפָנָיו: „et placuerunt ei"; fortasse haec verba e fonte librorum Samuel deprompta sunt.

6 Luc. subiectum inserit ὁ λαός. Post vocem יְהוָה suppleas aut אַרְצָה (Gr.; paseq!) aut: לָאָרֶץ „in terram" = S. et Luc.: ἐπὶ τὴν γῆν. Pro שָׁם „ibi" legas אָשָׁם (rem obiectam; cf. Lev. 5, 7 et Fürst, Hebr. u. Chald. Wörterbuch s. v. חטא).

7 Luc. bis inserit πάντες (post ἀλλόφυλοι et Μασσεφά). Pro אֶל־ legas עַל־ = ἐπί.

8 Luc. et S.: πρὸς κύριον τὸν θεόν σου ὑπὲρ ἡμῶν = אֶל־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ עָלֵינוּ, quae est fortasse lectio genuina fontis librorum Sam.

9 Legas pro וַיַּעֲלֶה (Kethîb): וַיַּעֲלֵהוּ (Qerê et multi codices) = καὶ ἀνήνεγκεν αὐτόν, ut vertit Syr. quoque. S. habent: ὁλοκαύτωσιν σὺν παντὶ τῷ λαῷ τῷ κυρίῳ (Luc. ordine inverso: τῷ κυρίῳ σὺν π. τ. λ.); MT. עוֹלָה כָּלִיל, quod utrumque designat „holocaustum" ratione diversa. Puto כָּלִיל metathesi literarum ortum esse ex compendio: לְכָל־י״י vel לְכָל־י״ל (cod. Kenn. 173: כלי) = לְכָל־יִשְׂרָאֵל „totius Israelis nomine (iussu)"; Kl. recte dixerit, praepositionem σύν in textu Graeco ortam esse dittographia syllabae -σιν praecedentis.

10 S. et Luc.: καὶ συνεχύθησαν = וַיֵּהֹמּוּ (Niphal radicis הום); 4 cod. Kenn.: ויהומם. Putat Grimme paseq lineam (post יְהוָה) indicare, ultima verba וַיְהֻמֵּם usque ad finem esse glossam, id quod mihi non probatur. Desunt quidem in cod. A, inveniuntur autem in cod. B et apud Luc. (πταίω intr.!).

11 In fine pro בֵּית־כָּר (cod. Kenn. 155: כר!) videtur legendum esse בֵּית־כֶּרֶם („domus vineae"), fortasse idem ac ʿAin Karim (St. Johann im Gebirg), sicut Bêth Šemeš hodie ʿAin šems vocatur; cf. v. sequentem.

12 Pro הַשֵּׁן legendum est הַיְשָׁנָה = τῆς παλαιᾶς (sc. πόλεως, „Altstadt"; cf. città vecchia!), fortasse Deir Yesin; sed cf. comment. meum et 1 Paral. 13, 19 (S.: Ἰεσυνά, Ἰεσσηνά). Syr.: Bêth-jašan (= Arab.), Ch.: Bêth-Šarôn. Post Ἀβενέζερ Luc. et S. habent glossam: λίθος τοῦ βοηθοῦ μου (apud S. deest μου) = אֶבֶן הָעֵזֶר „lapis adiutoris", ut vertit etiam s. Augustinus.

13 Luc.: καὶ ἐταπείνωσε κύριος (similiter S.), legas ergo וַיַּכְנַע ר׳' = וַיַּכְנַע יְהוָה pro וַיִּכָּנְעוּ.

14 S. et Luc.: παρὰ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, καὶ ἀπέδωκαν αὐτάς, suppleas post וַתָּשֹׁבְנָה הֶעָרִים: מֵאֵת יִשְׂרָאֵל וַיָּשִׁיבוּ אֹתָן (paseq!).

16 Pro אֵת כָּל־ legas בְּכָל־ = ἐν πᾶσι (τοῖς ἡγιασμένοις = בְּכָל־המקדשות, mendum pro המקומות, commutatis literis ו et ז, מ et ש scripturae antiquae).

CAPUT VIII.

2 Versum 2 exceptis vocibus בִּבְאֵר שָׁבַע, quae pertinent ad v. 1, glossam esse antiquam ex margine textui insertam, elucet iam ex repetita voce שֹׁפְטִים. S. et Luc.: καὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα τῶν υἱῶν αὐτοῦ, quae lectio glossae videtur genuina: וְאֵלֶּה שְׁמוֹת בָּנָיו, quibus omissis insertum est וַיְהִי et bis שֵׁם. Luc. pro Ἀβιά habet Ἀβηρά.

4 וְזִקְנֵי Luc. et S. vertunt: ἄνδρες.

6 Luc. post τοῦ δικάζειν ἡμᾶς (= לְשָׁפְטֵנוּ) habet: καθ᾽ ὡς πάντα τὰ ἔθνη, quae non videntur inserta e versu praecedente sed genuina, quia et Syr. ea exhibet; suppleas ergo כְּכָל־הַגּוֹיִם.

8 Luc. et S.: ἃ ἐποίησάν μοι, suppleas post עָשׂוּ vocem לִי. Post ἑτέροις (= אֲחֵרִים) Luc. habet: οὓς αὐτοὶ ποιοῦσιν καί γε ἐλάτρευσαν αὐτοῖς, quae videntur e margine textui inserta esse. Glossa Hebraice sonat: אֲשֶׁר עָשׂוּ הֵמָּה וַיַּעַבְדוּם.

9 Initio suppleas וְעַתָּה, quod omnes antiqui interpretes legerunt.

10 Luc.: πρὸς πάντα τὸν λαόν.

12 Luc. habet post ἑκατοντάρχους (MT.: שָׂרֵי חֲמִשִּׁים quinquagenis praefectos; Syr.: chiliarchos, hecatontarchos, quinquagenis praefectos, decuriones vel decanos): καὶ ἀροτριᾶν τὴν ἀροτρίασιν αὐτοῦ καὶ θερίζειν θερισμὸν αὐτοῦ καὶ τρυγᾶν τρυγητὸν αὐτοῦ, apud S. deest primum colon, Barhebraeus teste Field citat: τρυγᾶν τρ. αὐτοῦ καὶ θερίζειν θ. αὐτοῦ, deest ergo item primum colon, cum Syr. tertium omittat (= MT.), quod non tantum vindemiam videtur designare, sed omnium pomorum generum perceptionem (συνεκδοχή). Puto ergo supplendum esse post קְצִירוֹ: וְלִבְצֹר בְּצִירוֹ (ut arent arva eius metantque messem eius) et faciant vindemiam eius. Cf. v. 15 et Osee 10, 12. 14. Colon tertium facile excidere potuisse utpote secundo simillimum, quis non intelliget?

15 Pro וְזַרְעֵיכֶם multi codices habent: וְזַרְעֲכֶם; וְכַרְמֵיכֶם hic videtur esse spurium; Luc. enim vertit: καὶ τὰ σπέρματα ὑμῶν ἀποδεκατώσει καὶ τοὺς ἀμπελῶνας ὑμῶν, quae ultima verba videntur primo omissa, dein autem addita esse; cod. Graec. 242 bis habet: καὶ τὰ σπέρματα ὑμῶν, cod. 44 omittit utrumque colon; Slav. et Ostrog. vertunt: καὶ τὸν οἶνον ὑμῶν. Revera hic de frugibus vel segetibus et vitis fructibus sermo est (cf. Vulg.), non de agris et vineis;

videtur ergo, ratione habita Ier. 5, 17, legendum וְגַפְנֵיכֶם, Graece: καὶ τὰς ἀμπέλους ὑμῶν (hic et Ier. 5, 17).

16 S. et Luc.: καὶ τὰ βουκόλια ὑμῶν, legas ergo pro וְאֶת־בַּחוּרֵיכֶם „et iuvenes vestros“: וְאֶת־בְּקָרֵיכֶם „et boves vestros“. Pro וְעָשָׂה S. et Luc. legerunt וְעִשֵּׂר = καὶ ἀποδεκατώσει.

17 Legas initio וְגַם = καὶ (= Syr., Arab., Vulg.). Est hic gradatio quaedam, ut bene advertit Kl.: non tantum agricolarum boves sed etiam nomadum greges (oves et hircos) rex decimabit.

18 In fine Luc. habet amplius: ὅτι ὑμεῖς ᾐτήσασθε (S.: ἐξελέξασθε) ἑαυτοῖς βασιλέα: suppleas ergo: כִּי אַתֶּם שְׁאֶלְתֶּם לָכֶם מֶלֶךְ. Quae verba commutata voce שְׁאֶלְתֶּם (Luc.) cum synonyma בְּחַרְתֶּם (S.), quia similia sunt praecedentibus, exciderunt; cf. Vulg.

19 Luc.: καὶ εἶπον αὐτῷ· Οὐχί; legas לוֹ לֹא.

CAPUT IX.

1 Luc.: καὶ ἦν ἀνὴρ ἐκ τῶν υἱῶν Βενιαμίν, exciderunt ergo in MT. literae בני haplographia. Legas pro מִבִּן יָמִין (Kethîb) מִבְּנֵי־בִנְיָמִין. Quoad genealogiam cf. 1 Paral. 8, 29—33 et 9, 35—37. 39. Series filiorum Iehielis negligentia cuiusdam scribae mutata est in lineam ascendentem, inserta voce בֶּן־ ante quodlibet nomen; hoc factum esse videtur omisso nomine יְעִיאֵל et corrupto אֲבִי־בַעַל in unam vocem, i. e. nomen אֲבִיאֵל (quod est synonymum cum אֲבִיבַעַל!). Legas post vocem קִישׁ: בֶּן־יְעִיאֵל אֲבִי־בַעַל וְצוּר וְעַבְדּוֹן (בְּכֹרֹה) מִמִּשְׁפַּחַת הַמַּטְרִי גִּבּוֹר חָיִל; cf. 10, 21 et 14, 50. 51. צְרוֹר ortum est dittographia literae ר ex צור, sed negari non potest, etiam צור oriri potuisse ex צְרוֹר; בְּכוֹרַת non est nomen proprium (S.: Βαχίρ, Luc: Μαχείρ), sed ortum ex glossa בְּכֹרוֹ vel בְּכוֹרֹה ad nomen primogeniti Abdon pertinente. אפיח corruptum sit ex מִשְׁפַּחַת, cetera coniecta magis esse videntur quam lecta et accurate descripta. Sed cf. etiam 1 Paral. 3, 18 seqq., ubi בְּנֵי et בְּנוֹ commutata inveniuntur (Revue Biblique 1901, pag. 19) vel בְּנֵי textui insertum est (Rothstein, Die Genealogie des Königs Jojachin und seiner Nachkommen in geschichtlicher Beleuchtung, pag. 92 seqq.). Quoad dictionem cf. 14, 3 et Gen. 11, 29.

3 Post v. 3 Luc. (et cod. 44, 55, 246, Syr., Arab.) habet: καὶ ἀνέστη Σαοὺλ καὶ παρέλαβεν ἓν τῶν παιδαρίων τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ καὶ ἐπορεύθη ζητεῖν τὰς ὄνους Κὶς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, compleas ergo: וַיָּקָם שָׁאוּל וַיִּקַּח אִתּוֹ אֶת־אַחַד מִנַּעֲרֵי אָבִיו וַיֵּלֶךְ לְבַקֵּשׁ אֶת־אֲתֹנוֹת קִישׁ אָבִיו.

4a Legas pro וַיַּעֲבֹר bis וַיַּעַבְרוּ ut 4 b, ubi non semel tantum sed bis legendum est וַיַּעַבְרוּ. Pro בְּאֶרֶץ־יְמִינִי legas בְּאֶרֶץ־בִּנְיָמִן = Syr., cf. v. 16. Luc. pro שָׁלִישָׁה habet Σελχά, pro שַׁעֲלִים, quod idem esse ac שַׁעֲלְבִים verisimile est

(cf. comm. m.): Γαδδὶ τῆς πόλεως Σεγαλείμ, pro יְמִינִי: Ἰαβίν; attamen Γαδδὶ et τῆς πόλεως est duplex versio glossae עִיר, quae legebatur cum metathesi et commutata litera ר cum ד: עָדִי.

6 Post לוֹ suppleas נַעֲרוֹ = Luc. et Syr., Arab. Pro נִכְבָּד Luc. habet μέγας καὶ ἔνδοξος.

7 Post τῷ παιδαρίῳ αὐτοῦ Luc. addit: τῷ μετ᾽ αὐτοῦ (= אֲשֶׁר אִתּוֹ). Pro וּתְשׁוּרָה cum Kl. legas וּתְמוּרָה „et occasio non est aliquid emendi, quod offeramus viro Dei". Luc. exhibet: καὶ πλεῖον οὐκ ἔστι μεθ᾽ ἡμῶν, legas cum Kl.: καὶ πωλεῖν οὐκ ἔστι. In fine nullus antiquorum interpretum quaestionem: „Quid nobiscum (habemus)?" intellexisse videtur. In textu Graeco vertendum erat: τί μεθ᾽ ἡμῶν; cod. Kenn. 187 in fine habet לַעֲשׂוֹת = Ch.

8 b Legas pro וְנָתַתִּי „et dabo" וְנָתַתָּה = καὶ δώσεις.

9 Versus 9 glossam continet, quae textui ex margine inserta est pertinetque ad v. 11, post quem ponenda est. Pro הַיּוֹם „hodie" legendum est הָעָם = ὁ λαός, et pro יִקָּרֵא impf. Qal: יִקְרָא = ἐκάλει. Adverte paseq lineam.

10 Paseq linea lectionem quandam variam indicare videtur, sive est לְכוּ vel וְנֵלְכָה.

11 Pro הֵמָּה secundo legas הִנֵּה = ἰδού.

12 Pro לְפָנֶיךָ מַהֵר „ante te, festina"; legas cum Bu. et We. et Grimme (paseq!) iuxta S.: לִפְנֵיכֶם הוּא „ante vobis est ipse", et pro כִּי הַיּוֹם cum Kl. כַּיּוֹם. Luc. habet ταχύνατε ὅτι ἥκει = מַהֲרוּ כִּי בָא.

13 S. et Luc. post εὑρήσετε αὐτόν addunt ἐν τῇ πόλει, quae videtur esse glossa; idem in fine addit Luc. Pro אֹתוֹ כְהַיּוֹם legas עַתָּה כַּיּוֹם, ut v. 12.

15 S. et Luc. habent: ἔμπροσθεν τοῦ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν (τὸν Σαούλ) = לִפְנֵי־בוֹא אֵלָיו.

16 Luc. et S.: ἐπέβλεψα ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τοῦ λαοῦ μου = רָאִיתִי אֶת־עֳנִי־ע״. Utrum paseq linea id corrigendum indicet an unum e duobus ultimis colis delendum, non constat. Grimme putat prius esse superfluum ideoque omittendum; revera deest in cod. Kenn. 128. Fortasse ex Ex. 3, 7 insertum est.

17 b Pro יַעְצֹר cum Kl. legendum est יָשֹׁר = κατάρξει (Luc.) vel ἄρξει (S.).

18 Legas אֶל־שְׁמוּאֵל (= πρὸς Σ.) pro אֶת־שׁ״. Pro הַשַּׁעַר legendum est הָעִיר = τῆς πόλεως, cf. v. 14 et cod. de R. 596.

20 Legas אֶל־לִבְּךָ pro אֶת־ל״, pro חֶמְדַּת autem חֲמֻדֹּת = τὰ ὡραῖα. S. et Luc. in fine habent: οὐχὶ σοὶ καὶ τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός σου (= Syr.); non vertunt כֹּל. Luc. insuper addit: ἀνάβηθι ἔμπροσθέν μου = עֲלֵה לְפָנַי.

21 Luc.: υἱὸς ἀνδρὸς Ἰεμιναίου = בֶּן־אִישׁ יְמִינִי. Pro מִקְּטַנֵּי legas מִקָּטֹן = τοῦ μικροτέρου (σκήπτρου ἐκ) τῶν φυλῶν (Luc.), et deleas שִׁבְטֵי ante בִּנְיָמִן vel saltem legas שֵׁבֶט.

22 Pro בַּשְּׁלֹשִׁים S. et Luc. habent ὡσεὶ ἑβδομήκοντα, sed cod. 56 et 246: τριάκοντα. Iosephus Flavius, Antiq. Iud. VI, 52 (IV, 1): ἑβδομήκοντα.

23 S. et Luc. שִׂים „pone“ (imper.) vertunt θεῖναι.

24 וְהֶעָלֶיהָ = καὶ τὸ ἐπ' αὐτῆς (Luc.); S. (ἥψησεν initio mendum est pro ὕψωσεν, quod exhibet cod. A) omittunt hanc vocem, Syr. et Arab.: „et partem superiorem“, Ch.: „et femur eius“, Hier. omittit vocem. Kl. vult legere וְהַכִּלְיָה „et renem“, We. et Bu. sequentes Geigerum: וְהָאַלְיָה „et caudam (pinguem)“. Revera Leonardus Bauer (Volksleben im Lande der Bibel, Leipzig 1903, pag. 180) refert, hodie quoque apud Syriae agricolas morem esse apponendi hospiti honoratissimo femur pedis posterioris cum parte caudae ovis. Unde legendum puto הָאַלְיָה, non וַיַּעֲלֶהָ (cf. 2, 14), quod Grimme genuinum habet (pro וַיָּשֶׂם, quam glossam esse immerito declarat). Non obstat Lev. 3, 4; 7, 23—25; 9, 19 etc., quia ibi de ovibus Deo oblatis sermo est, unde immerito in comm. m. ad Lev. 7, 23—25 provocavi. Paseq linea autem alias quoque lectiones varias videtur indicare. Legas post וַיֹּאמֶר: שְׁמוּאֵל לְשָׁאוּל = Σαμουὴλ τῷ Σαούλ, porro pro הַנִּשְׁאָר „(ecce) reliquiae (ciborum)“, quod contextui repugnat, cum Kl. הָרֵאשִׁית „optima pars“; Luc.: ἰδοὺ μαρτύριον, quae est coniectura (מִשְׁעָר: ecce, nunc tempus comedendi!), quia Luc. cognovit, lectionem Massorethicam esse spuriam vel corruptam. שִׂים „pone (appone)“ non esse lectionem genuinam, iam e contextu elucet; legas ergo שׂוּמָה (ut 2 Sam. 13, 32) „apposita est tibi“. Verba sequentia referenda sunt ad ea, quae 13, 8 seqq. (cf. 10, 8) narrantur (Kl.). Unde legas pro שָׁמוּר „reservatum tibi est (femur)“ שׂוּם: „nam suo tempore statutum tibi est moram facere = לְאַחֵר = ἀπόκνιζε, recte ἀποκνῆσαι (Kl.), ut legendum est pro לֵאמֹר „dicendo“, quod non praestat aptum sensum. Luc. enim vertit: ὅτι εἰς μαρτύριον παρατέθειχά σοι (שַׂמְתִּי לְךָ) παρὰ (= עִם) τοῦ λαοῦ ἀπόκνιζε, suppleas ergo עִם „cum“ ante הָעָם deleasque verbum קָרָאתִי, quod corruptis verbis praecedentibus insertum est (paseq!); apud Luc. deest. Grimme tantum לֵאמֹר delet legitque מֵאַחֲרֵי עָם: „denn gerade für diesen Zeitpunkt ist es dir aufbewahrt hinter den Leuten her, die ich eingeladen hatte“, sed immerito praefert MT. versioni Luciani et S., qui habent: τέθειταί σοι = שׂוּם לְךָ, ut legendum est. Syr. omittit: כִּי . . . קָרָאתִי. Certum est, Saulum non post vitatos alios portionem suam accepisse sed ante eos, quia hic prophetae adventum exspectare debuerunt (v. 13).

25 Luc.: καὶ ἔστρωσαν τῷ Σαούλ (similiter S.), legas ergo cum Kl. pro וַיְדַבֵּר עִם־ „et locutus est cum (Saulo)“: וַיִּרְבְּדוּ עֶרֶשׂ „et panderunt stratum (Sauli)“.

26 וַיַּשְׁכִּמוּ „et surrexerunt (mane)“ dittographia literae ו sequentis et commutata litera ב cum מ ortum est ex וַיִּשְׁכָּב „et obdormivit“, quod pertinet ad v. praecedentem (Luc. et S.: καὶ ἐκοιμήθη). Pro הַגָּג (Kethîb) legas הַגָּגָה (Qerê). S. et Luc.: καὶ ἐξῆλθεν αὐτὸς καὶ Σαμουήλ sine ἀμφότεροι = שְׁנֵיהֶם;

cod. 44 habet solum: καὶ ἀνέστη (sine Σαούλ) καὶ ἐξῆλθον (sine ἀμφότεροι et nominibus) ἕως ἔξω. Verba הוא ושמואל videntur ergo esse inserta ex lectione varia (S. et Luc.).

27 Luc. post ἔμπροσθεν ἡμῶν (= לְפָנֵינוּ) habet: σὺ δὲ στῆθι ὧδε σήμερον καὶ ἄκουσον ῥῆμα θεοῦ. καὶ εἶπε Σαοὺλ τῷ παιδαρίῳ αὐτοῦ καὶ διῆλθεν ἔμπροσθεν αὐτῶν (similiter S.). Deleas ergo וַיַּעֲבֹר (secundum), quod deest apud Syrum quoque, suppleasque in fine: וַיֹּאמֶר שָׁאוּל לְנַעֲרוֹ עֲבֹר לְפָנֵינוּ וַיַּעֲבֹר לִפְנֵיהֶם, quae exciderunt, quia oculus scribae cuiusdam a primo לְפָנֵינוּ lapsus est ad secundum (in fine; unde sequitur וַיַּעֲבֹר), quo facto pars tantum verborum omissorum suppleta est. Pro כַּיּוֹם videtur legendum esse הֲלֹם vel fortasse ante id supplendum (= S. et Luc.).

CAPUT X.

1 Luc.: καὶ εἶπεν αὐτῷ ὅτι (= לוֹ כִּי) Κέχρικέ σε κύριος εἰς ἄρχοντα ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτοῦ τὸν Ἰσραὴλ καὶ σὺ ἄρξεις ἐν τῷ λαῷ κυρίου καὶ σώσεις αὐτὸν ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ κυκλόθεν (2) καὶ τοῦτό σοι τὸ σημεῖον (ὅτι κέχρικε κτλ.), exciderunt ergo lapsu oculi verba, quae inter ambo כִּי־מְשָׁחֲךָ inveniebantur; legas ergo post verbum ויאמר pro הֲלוֹא „nonne" לוֹ (= S., Luc., Syr., Hier., Arab.) et suppleas ante כִּי־מְשָׁחֲךָ haec: כִּי־מְשָׁחֲךָ יַהְוֶה לְנָגִיד עַל־עַמּוֹ עַל־יִשְׂרָאֵל וְאַתָּה תַּעְצֹר בְּעַם־יַהְוֶה וְאַתָּה תּוֹשִׁיעֶנּוּ מִיַּד־אֹיְבָיו מִסָּבִיב וְזֶה לְּךָ הָאוֹת. Hieronymus aut verba haec in textu legit aut e Vet. Lat. deprompsit.

2 Pro בִּגְבוּל „in finibus (Beniamin)" legendum est cum Kl. מִגִּבְעַת „e Gibea (Beniamin)", i. e. e patria Sauli, quia 1) sepulchrum Rachelis videtur situm esse prope Bethlehem, cf. Gen. 35, 19; 48, 7; Mich. 5, 1, saltem sententia contraria non est certa, praesertim cum loco huic innitatur et Ierem. 31, 15, ubi ramâ potest esse appellativum; 2) tantum homines venientes e Gibea Beniamin potuerunt Saulo nuntium ferre de asinis inventis. Ceterum locus hic confusus est cum Is. 10, 29 seqq. בְּצֶלְצַח (sic!) = ἐν σκιάδι (σκιώδει) ὑπὸ τὸ καῦμα (cf. Is. 4, 6) non est nisi residuum corruptum lectionum variarum glossarumque confusarum, quarum una est: מִגֵּבִים בְּיָמִין (בַּת־)גַּלִּים = „e Gebîm, quae urbs sita est ad meridiem urbis (Bath-) Gallîm"; S.: ἐν τῷ ὄρει (בְּגִבְעַת pro מִגִּ׳!; Luc. = MT.: ἐν τοῖς ὁρίοις, alias: ἐν ὀχυραῖς = בְּגֵבִים) Βενιαμεὶν ἀλλομένους μεγάλα, Luc. B μεσημβρίας (= מִן־יָמִין pro בִּנְיָמִן?) ἀλλομένους (= גַּלִּים?) μεγάλα (quam Kl. merito videtur declarare glossam: „μέγα λάκκος", i. e. cisterna magna, ad vocem גֵּב pertinentem); porro ἐν Σηλὼ Βακαλ(λ)άθ = בְּצַהֲלוֹ בַּת־גַּלִּים, ubi imperativus צַהֲלִי „ulula" (Is. 10, 30) commutata litera י cum ו pro nomine proprio habebatur. Cf. Kl. et Field. Fortasse commutabantur etiam צֳהֳרַיִם et צֹהֲלִים, ἀγαλλιώμενοι et ἀλλόμενοι! Quae si consideraveris, certe miraberis Deoque

gratias ages, quod textus sacer non magis sit corruptus. Pro וְדָאַג legas וּדְאָג (Bu.) = μεριμνᾷ.

3 אֵלוֹן תָּבוֹר Luc. vertit: τῆς δρυὸς τῆς ἐκλεκτῆς (alia exemplaria Θαβὼρ τῆς ἐκλεκτῆς) = אֵלוֹן בַּחוּרִים (Kl.), cf. 2 Sam. 3, 16; 19, 16; 1 Reg. 2, 8. E 2 Sam. 16, 5 et 17, 18 elucet, Bahurîm situm esse prope montem Oliveti in via, quae ducat Ierichuntem; teste van. Kasteren situm est in superiore Wady er-Rawabî, ad meridiem orientalem vici el-Isawîje. Quae conveniunt itineri a Saulo facto per urbes Ierusalem, Anathoth, Azmaveth, Gibea. Cf. comment. m. (cap. 9, 3 seqq.). Pro וּמְצָאוּךָ „et invenient te“ legas וּמָצָאתָ ut v. 2, quod S., Luc., Syr., Arab. legisse videntur. Luc. et S.: τρία ἀγγεῖα ἄρτων, legas ergo כְּלֵי pro כִּכְּרוֹת, quod inserendum est inter שְׁתֵּי et לֶחֶם (v. 4) = S. (et Luc.): δύο (apud Luc. deest numerus) ἀπαρχὰς (= בִּכּוּרוֹת, mendum pro כִּכְּרוֹת!) ἄρτων. Paseq linea teste Grimme in dubium vocat numerum sequentem שְׁלֹשָׁה, ego autem puto eam ad lectiones varias lectoris animum advertere.

5 גִּבְעַת הָאֱלֹהִים „collis Dei“ videtur esse nomen Bamae, i. e. excelsi sacri, urbis Ramae. Pro נְצִבֵי legas נְצִיב = τὸ ἀνάστημα; S. et Luc. exhibent alteram versionem eorundem verborum: ἐκεῖ νασσὶβ ὁ ἀλλόφυλος, quae videtur glossa e margine inserta textui: „ibi Nassibus Philistaeus“ (sic!).

7 Pro לְךָ legendum est כָּל־ = πάντα.

8 Pro לְפָנַי melius legas cum Kl. לִפְנֵי־יי = לִפְנֵי־יְהוָה „coram Domino“, i. e. ad Dominum; cf. 11, 15; 15, 33. Verba וְהִנֵּה . . . שְׁלָמִים ponenda sunt post partem versus sequentem. Pro תּוֹחֵל legas cum Kl. תֶּחְדַּל = διαλείψεις (cf. 1 Reg. 15, 21; Ier. 44, 18) vel תְּאַחֵר, pro quo verbo 2 Sam. 20, 5 invenitur תּוֹחֵר (ut יוֹחַז pro יֹאחַז).

9 Legas וַיְהִי = καὶ ἐγένετο (Luc.) pro וְהָיָה. MT.: וַיַּהֲפָךְ־לוֹ אֱלֹהִים לֵב אַחֵר „et convertit (mutavit) ei Deus cor aliud“ (sic!). Vox אֱלֹהִים e margine hic vitiose insertum est, pertinet enim ad versum sequentem, ubi pro הַגִּבְעָתָה „Gibeam“ legendum est (ut v. 5): גִּבְעַת הָאֱלֹהִים, quod est excelsum sacrum urbis Ramae (er-Râm). Legas ergo וַיֵּהָפֵךְ לִבּוֹ לְלֵב א׳ „et mutatum est cor eius in cor aliud“ (Luc. εἰς καρδίαν ἑτέραν).

10 Ante hunc versum est lacuna, omissa enim est relatio de duobus prioribus signis (v. 2 et 3 praedictis). Unde vox genuina מִשָּׁם (= ἐκεῖθεν) mutatum est in שָׁם vel שָׁמָּה (ה ante „גבעת־ה“!). Hic legendum esse גִּבְעַת־הָאֱלֹהִים (cf. v. 9), etiam glossae Βαμά (Luc.) et Rama (Syr. et Arab.) indicant.

11 Pro יוֹדְעוֹ melius legas יֹדְעָיו = οἱ εἰδότες αὐτόν. Pro מֵאֶתְמוֹל legas מֵאֶתְמוֹל vel מִתְּמוֹל (cod. Kenn. 30). Inter וְהִנֵּה et עִם (S. et Luc.: ἐν μέσῳ) excidit הוּא „ipse“ (Luc. καὶ αὐτός).

12 מִשָּׁם „unde“ corruptum est ex מֵהֶעָם, S. (et Luc.): (ἐξ) αὐτῶν = מֵהֶם; cf. v. 11 et 14, 28. Pro אֲבִיהֶם legas אָבִיהוּ = S., Luc., Syr., Arab., de solo

Saulo enim agitur. Multi cod. Graeci addunt quaestionem: οὐ Κίς; „Nonne Kis?“ Cf. 19, 24. Comma ultimum hic deest in cod. Graeco 44.

13 הַבָּמָה (S. et Luc.: εἰς τὸν βουνόν, Luc. addit Βαμά; Syr. „e Bîm“) est glossa, pertinens ad גִּבְעַת־הָאֱלֹהִים (cf. v. 9 et 10), inserta loco lectionis genuinae הַגִּבְעָתָה, cf. v. 26. Nam e sequentibus elucet, Saulum in urbem suam, i. e. in patriam reversum esse. Relationem autem de reditu eius ad patrem redactor quidam in compendium redegit.

18 Paseq linea videtur lectoris animum advertere ad lectiones varias אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל (cod. Kenn. 1 et 150 = S. et Luc.: τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ, contra Syr. initio legit אֶל־יִשְׂרָאֵל) et מֵאֶרֶץ־מִצְרַיִם (cod. Kenn. 174) vel etiam ad glossam (ἐκ χειρὸς) Φαραὼ βασιλέως (Αἰγύπτου). Grimme hanc glossam genuinam lectionem esse putat, quia inserta ea verba Dei hoc versu contenta efficiant tres versus pentametros; atqui quae sequuntur, non rhythmum metricum prae se ferunt, ergo neque in hoc versu statuendum est metrum.

21 Aut legas לְמִשְׁפְּחֹתָיו (Qerê pro למשפחתו), ut plurimi codices exhibent, aut cum Kl. לְמִשְׁפָּחוֹת = Syr. (S. εἰς φυλάς, Luc. κατὰ πατριάς). Post vocem הַמַּטְרִי excidit colon: καὶ προςήγαγε τὴν πατριὰν Ἀματταρί (= הַמַּטְרִי?) κατὰ ἄνδρα ἕνα (Luc., similiter S.), suppleas ergo: וַיַּקְרֵב מִשְׁפַּחַת הַמַּטְרִי לִגְבָרִים (Kl.).

22 Luc. (et S.): καὶ ἐπηρώτησεν ἔτι Σαμουήλ = Syr., suppleas שְׁמוּאֵל ante עוֹד. Pro הֲבָא עוֹד הֲלֹם הָאִישׁ „an adhuc vir huc venit?“ legas cum Kl. ratione habita partis alterius versus: הֲנֶחְבָּא עַד־הֲלֹם הָאִישׁ „Si usque huc in occulto se continet vir iste“. Quae sequuntur, apodosin exhibent; legas ergo cum Kl. pro וַיֹּאמֶר יַהְוֶה הִנֵּה „et dixit Jahve: ecce“: וְאָמַר הִנְנִי וְהִנֵּה „respondeat ‚adsum‘. Et ecce vir in occulto latebat apud sarcinas“ (Hier. coniciens vertit „domi“).

23 Luc.: καὶ ἔδραμε Σαμουὴλ . . . καὶ κατέστη Σαούλ.

24 Pro הַרְאִיתֶם „an vidistis“ legas הָרְאֵיתֶם (Hophal) „demonstratum est vobis (sc. sorte)“; pro בּוֹ legas לוֹ = ἑαυτῷ (Luc. et S.), pro בְּכָל־הָעָם „in universo populo“: בְּכֻלְּכֶם = ἐν πᾶσιν ὑμῖν, pro וַיָּרִעוּ „et exultaverunt“: וַיֵּדְעוּ (= S. et Luc.: ἔγνωσαν et ἔγνω). In fine ante אִישׁ suppleas וַיֵּלְכוּ = καὶ ἀπῆλθον (similiter Syr., Ar.).

26 Luc.: εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ εἰς τὸν βουνόν, cf. v. 13; Syr.: „Ramam“.

27 Verba ultima וַיְהִי כְּמַחֲרִישׁ pertinent ad caput sequens.

CAPUT XI.

1 Suppleas initio cum Kl. ratione habita versus 5: וַיְהִי כִּימֵי הֶחָרִישׁ „factumque est diebus arationis“ (cf. Gen. 45, 6; Ex. 34, 21), quod corruptum est in וַיְהִי כְּמַחֲרִישׁ = Hier.: „ille vero dissimulabat se audire“, Luc.: καὶ ἐγενήθη ὡς κωφεύων („et obmutuit“) et in וַיְהִי מִימֵי חֹדֶשׁ = Luc.: καὶ ἐγένετο

μετὰ μῆνα ἡμερῶν (sic!), Hier.: „et factum est quasi post mensem.“ Syr. et Ch. = MT. Post אֶל־נָחָשׁ suppleas הָעַמּוֹנִי = Luc.: τὸν Ἀμμανίτην (S.: τὸν Ἀμμανείτην).

2 Suppleas post לָכֶם vocem בְּרִית, quam complures codices exhibent omnesque interpretes antiqui vertunt.

3 Luc. in fine habet πρὸς ὑμᾶς (= אֲלֵיכֶם) additque: καὶ ἀπέστειλαν ἀγγέλους οἱ ἄνδρες Ἰαβὶς τῆς Γαλααδίτιδος. Suppleas: וַיִּשְׁלְחוּ אַנְשֵׁי־יָבֵישׁ גִּלְעָד מַלְאָכִים.

4 Luc. habet: οἱ ἄγγελοι Ἰαβίς et pro εἰς Γαβαά (S.) appellativum: εἰς τὸν βουνόν (πρός Σαούλ), porro: τοὺς λόγους τούτους = Syr. Suppleas הָאֵלֶּה post הַדְּבָרִים.

5 Luc. duplicem lectionem mixtam exhibet: πρωῒ κατ’ ὄπισθεν τῶν βοῶν ἐξ ἀγροῦ, S.: μετὰ τὸ πρωῒ ἐξ ἀγροῦ; videntur legisse הַבֹּקֶר „mane“, legas הַבְּקָרִים. Cod. 19, 55, 82, 93, 108, Compl. solam habent lectionem genuinam (sine πρωΐ), Cod. 92 et 144: ἀκολουθῶν βουσίν.

6 Legas כְּשָׁמְעוֹ (Qerê) pro כְּשָׁמְעוּ. S. et Luc. et Hier. videntur legisse רוּחַ יְהֹוָה; S. et Luc.: καὶ ἐθυμώθη ἐπ’ αὐτούς.

7 Legas בְּקָרִים (Kl.) וַיְנַתְּחֵם = καὶ ἐμέλισεν αὐτάς pro וַיְנַתְּחֵהוּ. Post וַיְשַׁלַּח supplendum videtur (cum Grimme) נְתָחֵיהֶם μερίδας αὐτῶν, saltem paseq linea id postulaverit. Pro לִבְקָרוֹ legas לִבְקָרָיו. Luc.: ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ, S.: ἐπὶ τὸν λαὸν Ἰ., nomen Ἰσραήλ videtur esse glossa. וַיֵּצְאוּ vertunt S. et Luc. verbo ἐβόησαν, cod. X, 56, 123, 158, 236, 242, 245: ἀνεβόησαν, quod videtur corruptum ex ἀνέβησαν vel emendatum (?) ex 14, 20. Slav.: καὶ ἐξῆλθον.

8 S.: καὶ ἐπισκέπτεται αὐτοὺς Ἀβιέζεκ (sic!) ἐν Βαμά (sic!), Luc.: καὶ ἐπισκέπτεται αὐτοὺς Σαοὺλ ἐν Ῥαμά, Syr. = MT. Numeri apud S. et Luc. aucti exhibentur: ἑξακοσίας χιλιάδας καὶ ἄνδρας Ἰούδα ἑβδομήκοντα χιλιάδας; atqui cur viri Iudaei separentur a ceteris Israelitis, non potest intelligi. Videtur ergo ultimum colon additum a Iudaeo quodam regno diviso (933 a. Chr. n.).

9 Luc.: καὶ εἶπε Σαούλ, legas וַיֹּאמֶר pro וַיֹּאמְרוּ et pro לְאִישׁ (cum cod. Kenn. 1, 145, 174, 246) לְאַנְשֵׁי (τοῖς ἀνδράσιν, Luc. et S.) et כְּחֹם (Qerê) pro בְּחֹם; Syrus textum hic exhibet corruptum (Laqiš pro לְאִישׁ!). S. et Luc.: καὶ ἦλθον οἱ ἄγγελοι εἰς τὴν πόλιν (= הָעִיר?).

10 Suppleas post יָבֵישׁ: אֶל־נָחָשׁ הָעַמּוֹנִי = S. et Luc.: πρὸς Ναὰς τὸν Ἀμμαν(ε)ίτην.

11 Legas וַיָּבֹא (= καὶ εἰςπορεύεται, cod. 52, 108 etc.) pro וַיָּבֹאוּ, similiter וַיַּךְ (καὶ ἐξέπληξεν cod. A, Compl. etc.) pro וַיַּכּוּ, suppleasque בְּנֵי inter אֶת־ et עַמּוֹן (S., Luc., Syr., Arab., Ch.). Secunda pars versus corrupta est: וַיְהִי הַנִּשְׁאָרִים וַיָּפֻצוּ וגו׳ „et fuerunt residui et dispersi sunt“ vel „et factum est, ut residui quoque dispergerentur“. Sed Ios. Flav. (Antiqu. Iud. VI, 79 [V, 3]) exhibet: ἄλλουςτε πολλοὺς ἀποκτείνει τῶν Ἀμμανιτῶν καὶ Νaάσην τὸν βασιλέα, similiter Arab.: „interfecit complures eorum, et qui remanserunt ex eis fugerunt;“ legas ergo: וַיַּהֲרֹג מֵהֶם רַבִּים וְגַם אֶת־נָחָשׁ הַמֶּלֶךְ וְהַנִּשְׁאָרִים נָפֹצוּ. In sequentibus versibus nomina

propria corrupta aut perperam inserta sunt, sed facile textus genuinus restituitur ratione habita contextus et versionum antiquarum.

12 Pro שְׁמוּאֵל legendum est שָׁאוּל (cf. v. 13), pro שָׁאוּל יִמְלֹךְ: אַל־תִּמְלֹךְ (Kl.), pro תְּנוּ: תְּנָה (S. et Luc. et Syr.), quod exhibent codices aliquot (de R.).

14 Deleas שְׁמוּאֵל (cod. 19: Σαούλ, cod. 44 deest nomen) legasque כָּל־.

15 S. et Luc.: καὶ ἔχρισεν ἐκεῖ Σαμουήλ, commutaverunt וַיַּמְלִכוּ cum verbo וַיִּמְשְׁחוּ et שָׁם bis verterunt: ἐκεῖ et Σαμουήλ (= "שמ!). בַּגִּלְגָּל est glossa pertinens ad שָׁם. Pro שם שאול S. et Luc. legerunt שְׁמוּאֵל (Σαμουήλ). שְׁלָמִים „pacifica“ est glossa explicans vocem זְבָחִים: „(ceciderunt) hostias“, sc. pacificas, vel celebrarunt epulas sacrificales.

CAPUT XII.

1 Luc. et cod. A: πρὸς πάντα ἄνδρα Ἰσραήλ; sive אִישׁ revera in textu inveniebatur sive non, videtur ortum esse dittographia literarum יש vocis יִשְׂרָאֵל.

2 Verba וְשַׂבְתִּי וּבָנַי הִנָּם אִתְּכֶם „et incanui et filii mei ecce ipsi vobiscum sunt“ non sunt genuina (paseq!); S.: καὶ καθήσομαι καὶ οἱ υἱοί μου ἰδοὺ ἐν ὑμῖν; Luc. duplicem exhibet lectionem: καὶ πεπολίωμαι (= וְשַׂבְתִּי) καὶ καθήσομαι (= וְיָשַׁבְתִּי) ἐκ τοῦ νῦν (= מֵעַתָּה vel מֵהֵנָּה vel מִן־הַיּוֹם, מֵהַיּוֹם ortum e בני היום?) καὶ ἰδοὺ οἱ υἱοί μου ἐν ὑμῖν εἰσιν. Legas cum Kl., qui merito conicit καθήσομαι corruptum e κριθήσομαι: וְשֹׁפְטִים בְּנֵי הַיּוֹם אִתְּכֶם „et iudices vestri hodie sunt filii mei“. Post וַאֲנִי suppleas הִנֵּה = ἰδού.

3 Recte dixerit Grimme, lineam paseq postulare emendationem ultimorum verborum versus e S. et Luc. (cf. Eccli. 46, 19); legas ergo וְאַף נַעֲלַיִם עֲנוּ בִי = S.: καὶ ὑπόδημα; ἀποκρίθητε κατ' ἐμοῦ (similiter Luc.), „vel etiam soleas? respondete contra me“ pro: וְאַעְלִים עֵינַי בּוֹ „ut operirem oculos eius causa“.

4 S. et Luc.: καὶ εἶπον πρὸς Σαμουήλ et

5 iidem: καὶ εἶπε(ν) Σαμουὴλ πρὸς τὸν λαόν; atqui nomina facile inseruntur et אֲלֵיהֶם potuit commutari cum voce אֶל־הָעָם. In fine legas וַיֹּאמְרוּ (S.: καὶ εἶπαν), quod pro וַיֹּאמֶר exhibent codices non pauci. Luc. hic habet: καὶ εἶπεν ὁ λαός.

6 Post אֶל־הָעָם suppleas: לֵאמֹר עֵד „dicens: testis est“ = λέγων· μάρτυς (S. et Luc.) κύριος, ad quod Luc. addit ὁ θεός; Syr. et Arab. „Dominus est solus Deus, qui“ etc. = לְבַדּוֹ יַהְוֶה אֱלֹהִים (?), suppleas post יְהוָה vocem אֱלֹהִים. Porro pro אֶת־מֹשֶׁה וְאֶת־אַהֲרֹן „Mosem et Ahronem“ Ch. habet: גְּבוּרָן עַל יְדֵי משֶׁה וְאַהֲרֹן, quae videtur genuina esse lectio, suppleas ergo post עָשָׂה: גְּבוּרוֹת „magna“ et legas בְּיַד משֶׁה וְאַהֲרֹן ut ψ 77, 21. Cf. Ex. 11, 10; Ios. 24, 5; ψ 105, 26. 27; Mich. 6, 4. In fine S. et Luc.: ἐξ Αἰγύπτου, Luc. addit: αὐτὸς μάρτυς = הוּא עֵד, quae videntur in Luciani exemplari in fine inserta fuisse, licet ibi voces לֵאמֹר עֵד non essent omissa.

7 Pro וְאֶשָּׁפְטָה אִתְּכֶם „ut iudicer vobiscum“ legas: וְאֶשְׁפְּטָה אֶתְכֶם „ut iudicem vos“ = S., Luc., Syr. etc. Post יַהְוֶה suppleas: וְאַגִּידָה לָכֶם „et annuntiem vobis“ = S. et Luc.: καὶ ἀπαγγελῶ ὑμῖν, similiter Arab.

8 Pro כַּאֲשֶׁר „quomodo“ cum Kl. melius legas מֵאֲשֶׁר „ex quo“. Luc.: ὡς εἰσῆλθεν Ἰακὼβ καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ εἰς Αἴγυπτον καὶ ἐταπείνωσεν αὐτοὺς Αἴγυπτος (= S.); וּבָנָיו videtur esse glossa inserta, sed ultima verba videntur genuina, suppleas ergo cum Bu.: וַיְעַנּוּם מִצְרַיִם, quae verba causam indicant, ex qua Israelita Dominum invocaverunt; lapsu oculi vel scribae cuiusdam negligentia perdita sint. Pro וַיּוֹצִיאוּ legas וַיּוֹצֵא (= Hier., S., Luc., Syr., Arab.), item וַיֹּשִׁבֵם pro וַיֹּשִׁבוּם, quia Moses et Ahron iam ante expugnandam terram Chanaan mortui erant.

9 Luc.: Σισαρὰ ἀρχιστρατήγου Ιαβὶν βασιλέως Ἀσώρ (similiter S.), cf. Ios. 11, 1. Attamen regem, cui Sisara servierit, esse Samgarum recte dixerit Lagrange (Le Livre des Juges, pag. 62 seqq.) innixus Iud. 5, 6 et veteri historiae Latinae (Lagarde, Septuagintastudien II, 3 seqq. [linea 565 seq.]). Nomen Iabin ergo omnibus ceteris locis glossa est ex Ios. 11, 1 deprompta: Iud. 4, 2. 7 et ψ 83, 10: [יַהְוֶה] עֲשֵׂה־לָהֶם כְּמִדְיָן כְּסִיסְרָא [] בְּנַחַל קִישׁוֹן. Cf. Allgemeines Literaturblatt XII (1903), Nr. 17, col. 521 seq. Si consideraveris seriem liberatorum (v. 11), concedes post חָצוֹר excidisse: וּבְיַד־מִדְיָן (Iud. 6, 1). Pro מוֹאָב legas בְּנֵי־עַמּוֹן (cf. v. 11 et Iud. 10, 7).

10 Pro וַיֹּאמֶר legas וַיֹּאמְרוּ (Qerê). S. et Luc.: τοῖς ἄλσεσιν = לָאֲשֵׁרוֹת, quia אֲשֵׁרָה ponebatur pro עַשְׁתֹּרֶת uti בֹּשֶׁת pro בַּעַל.

11 Legas pro וְאֶת־בְּדָן recte וְאֶת־בָּרָק, quod ponas post vocem יַהְוֶה (S. et Luc.: καὶ τὸν Βαράκ), et suppleas אֶת־דְּבֹרָה ante hoc nomen, Syr. enim habet: „Misit Dominus Deboram et Barac et Gedeonem;“ dein legas וְאֶת־יְרֻבַּעַל, porro שִׁמְשׁוֹן pro שְׁמוּאֵל (Luc., Syr., Arab.), Hier. = MT., Ch. utrumque nomen exhibet. Quam facile nomina corrumpantur, ostendit Ἰεροβοάμ (cod. B) pro Ἰεροβάαλ (Luc. et cod. A).

13 Verba, quae sequuntur vocem בְּחַרְתֶּם sunt glossa deprompta ex 8, 6. 18; 9, 16. 17; 10, 24 (Kl.). Pe., We., Bu. omittunt tantum partem priorem huius glossae, in cod. Graec. 247 deest altera pars. Cf. comm. m.

14 Pro וִהְיִתֶם legas וִחְיִתֶם „vivetis“ = Ch.: וְתֶחֱוּוּן. Luc.: θεοῦ ὑμῶν, καὶ ἐξελεῖται ὑμᾶς, S. omittunt θεοῦ ὑμῶν vertuntque πορευόμενοι = הֹלְכִים, legas pro אֱלֹהֵיכֶם verbum: וְיַצִּילְכֶם.

15 Luc. in fine habet: καὶ ἐπὶ τὸν βασιλέα ὑμῶν ἐξολοθρεῦσαι ὑμᾶς, legas ergo post בָּכֶם: וּבְמַלְכְּכֶם לְהַאֲבִידְכֶם deleasque וּבַאֲבֹתֵיכֶם.

19 Luc. perperam vertit: ἐπὶ πάσας τὰς ἁμαρτίας καὶ κακίας ὑμῶν pro ἁμαρτίας κακίαν (S.).

21 Luc. = MT.; S.: καὶ μὴ παραβῆτε (= תַּעַבְרוּ), legas תַּעַבְרוּ pro תָּסוּרוּ (paseq!), Ch. utramque lectionem exhibet; porro legas אַחֲרֵי (Kl.) pro אַחֲרֵי,

deleta voce כִּי, et הַתּוֹעֵבוֹת (Kl.) „abominationes“, i. e. deos commenticios et fictos.

23 Luc. post τῷ κυρίῳ (= לַיהוָה) addit: καὶ δουλεύσωμεν τῷ κυρίῳ (S.: καὶ δουλεύσω τ. κ.), quae videtur esse glossa pertinens ad 21 b vel orta ex בְּעָבְדְכֶם („וְנַעֲבֹד ה Kl.).

24 Paseq linea videtur indicare lectiones varias בֶּאֱמֶת וּבְכָל־לְבַבְכֶם (MT.: בְּכָל־) = S. et Luc.: ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ὑμῶν et רְאִיתֶם, quae videtur esse genuina lectio pro רְאוּ, nam S. et Luc. habent: εἴδετε; Arab. videtur legisse דְּעוּ; Hier. = S. et Luc.

CAPUT XIII.

1 Versus 1 ab illo redactore insertus est, qui historiam Heli et Samuelis iudicum historiae priorum regum iunxit et librum sic ortum „Regnorum primum“ (1 Sam. 1, 1—3 Reg. 2, 11) vocavit et historiam ceterorum regum (3 Reg. 2, 12—4 Reg. 25, 30) librum „Regnorum alterum“. Cf. prooemium. Numeri corrupti sunt. Iosephus Flavius (Antiq. Iud. VI, 378 [XIV, 9]) dicit: ἐβασίλευσε δὲ Σαμουήλου ζῶντος ἔτη ὀκτὼ πρὸς τοῖς δέκα, τελευτήσαντος δὲ δύο καὶ εἴκοσι. καὶ Σαῦλος μὴν οὕτω κατέστρεψε τὸν βίον. Regnavit ergo Saul teste Iosepho 18 + 22 = 40 annos; cf. Act. 13, 21 et Hummelauer, Comm. in libros Sam., pag. 132. Qui numerus videtur esse genuinus, licet idem Iosephus l. c. X, 143 (VIII, 4) scribat: ἔτη δὲ πάντες (ἐκ τοῦ Δαυίδου γένους) βασιλεύσαντες πεντακόσια καὶ δεκατέσσαρα καὶ μῆνας ἓξ καὶ ἡμέρας δέκα, ἐξ ὧν εἴκοσι τὴν ἀρχὴν κατέσχεν ὁ πρῶτος αὐτῶν βασιλεὺς Σαοῦλος οὐκ ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς ὑπάρχων; videtur enim numerum rotundum hic posuisse pro δύο καὶ εἴκοσι annis, quos Saulum regnare dixit Samuele mortuo. Videtur legendum בֶּן־שְׁלֹשִׁים שָׁנָה, litera enim numeri ל facile excidere potuit ante literam ן similem (cf. tabulam alphabetorum Eutingianam, Nr. 24); porro legas וְאַרְבָּעִים שָׁנָה pro וּשְׁתֵּי שָׁנִים, quae lectio orta est commutatis literis numerorum (מ cum ב). Ceterum cod. 82, qui Luciani textum exhibet, habet: υἱὸς τριάκοντα ἐτῶν Σαοὺλ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν, similiter „cod. 158, Reg., Arm. 1; nec non Schol. apud Nobil. et Anonym. (cum ὁ Σαούλ) in Cat. Niceph. T. II, 353“ (Field). Apud S., saltem in cod. B et A deest totus versus. Immo nec Iosephus videtur eum in textu Hebraeo invenisse (l. c. VI, 95 [VI, 1]).

2 Post אֲלָפִים excidit אִישׁ (ἀνδρῶν); pro מִיִּשְׂרָאֵל S. habent: ἐκ τῶν ἀνδρῶν Ἰσραήλ, Luc.: ἐκ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Deleas ו ante בְּהַר, apud Luc. enim deest καί. Pro בְּגִבְעַת בִּנְיָמִין Luc. praeter lectionem genuinam ἐν τῷ Γαβαὰ τοῦ Βινιαμίν exhibet glossam: ἐν τῷ βουνῷ (ut Luc. vertere solet nomen גִּבְעָה), ὅπου ὁ οἶκος Σαούλ; cf. H.-P. In fine aliquot codices habent לְאֹהָלוֹ = S. et Luc. (εἰς τὸ σκήνωμα αὐτοῦ).

3 Pro בְּגֶבַע legas בְּגִבְעָה = ἐν τῷ βουνῷ (S. et Luc.), i. e. in Gibea Benjamin; idem exhibent Syr., Arab., Ch., Hier. Pro יִשְׁמְעוּ „audiantur“, Hier.: „audiant“ (= יִשְׁמְעוּ) = Syr., Arab., Ch.; S. et Luc.: ἠθετήκασιν οἱ δοῦλοι (= פָּשְׁעוּ הָעֲבָדִים), legas cum Kl.: ἀφεθήτωσαν οἱ Ἑβραῖοι, יִשָּׁמְטוּ הָעִבְרִים „liberi sunto Hebraei!“ Cf. Deut. 15, 2.

4 Colon וְגַם נִבְאַשׁ וגו׳, quod S. recte verterunt: καὶ ᾐσχύνθησαν Ἰσραὴλ ἐν τοῖς ἀλλοφύλοις „et infames esse coeperunt Israelitae apud Philistaeos“, Luc. videtur corruptum ante oculos habuisse; vertit enim: καὶ ἐξουδένωσεν Ἰσρ. τοὺς ἀλλοφύλους = וַיַּבְאֵשׁ יִשְׂר׳ אֶת־פְּ׳. καὶ ἀνέβη (Luc.) vel ἀνέβησαν (S.) est mendum pro ἀνεβόησαν („man rief auf“), sc. οἱ σαλπιγκταὶ τὸν λαόν (Luc.) vel τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ (S.).

5 Pro שְׁלֹשִׁים אֶלֶף „triginta millia“ legendum est שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים = τρεῖς χιλιάδες (Luc., Syr., Arab.). Paseq linea aut lectoris animum ad lectionem variam advertere debet, quam S. et Luc. exhibent: καὶ ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ = וַיַּעֲלוּ עַל־יִשְׂרָאֵל (quae excidisse videntur lapsu oculi), aut ad lectiones varias in fine, ubi בֵּית אָוֶן positum est a Iudaeo pro nomine בֵּיתְאֵל genuino, propter cultum illegitimum a Ieroboamo I (933—912) et postea a rege Iehu (842—815) ibi institutum. Luc.: ἐξ ἐναντίας, κατὰ νότον (duplex versio vocis קִדְמַת; cf. Num. 34, 15) Βαιθωρών (mendum pro Βαιθήλ); Syr., Arab.: „Bethêl;“ Ch. et Hier. = MT.

6 Pro רָאוּ melius legas רָאָה = εἶδεν (Luc.); cf. לוֹ, quod sequitur. Verba כִּי נִגַּשׂ הָעָם „populus enim pressus erat (?)“ videntur coniectura potius esse quam versio; Luc.: καὶ ἀνεχώρησεν ὁ λαός = וַיַּעֲבֹר הָעָם, Syr. et Arab. libere vertunt, Ch. = MT., Hier.: „afflictus enim erat populus;“ legas cum Kl. מִכָּל־עֲבָרָיו „ex omnibus partibus“ (3 Reg. 5, 4); S. enim habent: μὴ προσάγειν αὐτόν = מֵעָבְרוֹ (cf. Ios. 4, 5). ὁ λαός ergo pertinet ad verbum ἐκρύβη, quod apud S. revera sequitur. Pro וּבַחֲוָחִים legas וּבַחוֹרִים = καὶ ἐν ταῖς μάνδραις (Luc. et S.); cf. 14, 11.

7 וְעִבְרִים „et Hebraei“ mendum est pro עָם רַב, quia de parte tantum populi sermo est; Luc. et S.: καὶ οἱ διαβαίνοντες = וְעֹבְרִים, ceterae versiones antiquae = MT. חָרְדוּ „tremuerunt (post eum)“ non potest esse genuina lectio; cf. Ch., Syr., Arab.; Hier. = MT. Legas הָרֹדֵף „(et omnis populus), qui secutus est eum“; cf. Iud. 3, 28; Σ. enim vertit: ἠκολούθησε (Field).

8 Pro ויוחל (Qerê וַיּוֹחֶל) cum Kl. legendum est: וַיְחַדֵּל = καὶ διέλειπεν (Luc.), id quod paseq linea postulare videtur (Grimme). Post אֲשֶׁר suppleas אָמַר = εἶπε (Luc.), quod nonnulli codices exhibent; pro וַיָּפֶץ legas וַיָּפָץ (Qal).

9 Pro אֵלַי „ad me“ legas וְאַעֲלֶה „ut offeram“ = Luc.: ὅπως ποιήσω ὁλοκαύτωσιν.

10 Luc.: εἰς ἀπάντησιν τῷ Σαμουήλ, S.: εἰς ἀπάντησιν αὐτῷ = MT.

11 Pro נָפַץ legas נָפֹץ. Luc. post ἡμερῶν (הַיָּמִים) Luc. addit: ὡς διέταξας = כַּאֲשֶׁר אָמַרְתָּ (vel אֲשֶׁר), quae possunt esse genuina, nisi deprompta sunt e v. 9.

12 Pro אֵלַי melius legas עָלַי.

13 Pro לֹא legendum est לוּ „si“, multi codices exhibent וְלֹא, ortum ex לוּא. Luc. et S.: μεματαίωταί σοι, ὅτι οὐκ ἐφύλαξας τὴν ἐντολήν μου, ἣν ἐνετείλατό σοι κύριος. Pro אֶל־יִשְׂרָאֵל legas עַל־יִשׂ׳׳.

14 Pro בִּקֵּשׁ legas וּבִקֵּשׁ = καὶ ζητήσει, pro וַיְצַוֵּהוּ cum Luc. וִיצַוֵּהוּ = καὶ ἐντελεῖται αὐτῷ.

15 Luc.: καὶ ἀπῆλθεν ἐκ Γαλγάλων εἰς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ τὸ κατάλειμμα τοῦ λαοῦ ἀνέβη ὀπίσω Σαοὺλ εἰς ἀπάντησιν (ὀπίσω τοῦ λαοῦ, glossa!) τοῦ (πολεμιστοῦ, legas:) πολέμου· αὐτῶν δὲ παραγενομένων εἰς Γαβαὰ (βουνὸν) Βενιαμὶν ἐκ Γαλγάλων κτλ.; suppleas ergo post מִן־הַגִּלְגָּל verba haec: לְדַרְכּוֹ וְיֶתֶר הָעָם עָלָה אַחֲרֵי שָׁאוּל לִקְרַאת הַמִּלְחָמָה וְהֵמָּה בָּאִים מִן־הַגִּלְגָּל, quae exciderunt lapsu oculi; Syr. hic quoque „Rama“ exhibet pro „Gib'âh“.

16 Luc. ὁ λαὸς οἱ εὑρεθέντες, legas הַנִּמְצָאִים ut v. 15. Pro בְּגֶבַע legas בְּגִבְעַת = Luc. (ἐν Γαβαά, S.: ἐν Γαβεέ), ut omnes interpretes antiqui exhibent et codices Kenn. 93 et 224. Post בִּנְיָמִן suppleas וּבֹכִים = καὶ ἔκλαιον.

17 Luc. et S.: ἐξ ἀγροῦ = מִשָּׂדֶה, contra ceteros testes.

18 Pro הַגְּבוּל „finium“ legas הַגִּבְעָה = Luc.: ἐπὶ τὴν Γεβαά, S.: ὁδὸν Γαβεέ; pro הַנִּשְׁקָף femininum הַנִּשְׁקָפָה, quia non ad דֶּרֶךְ, sed ad גִּבְעָה pertinet. Luc.: τὴν ἐκκύπτουσαν ἐπὶ Γαῖαν (= גַּי!) τὴν Σαβαίν (similiter S.); Syr. = MT. Cf. Comment. m.

19 S. et Luc.: καὶ τέκτων σιδήρου, legas ergo pro וְחָרָשׁ: וְחָרַשׁ־בַּרְזֶל, pro אָמַר: אָמְרוּ (Qerê).

20 Ante הַפְּלִשְׁתִּים suppleas אֶל־אֶרֶץ = εἰς γῆν. Pro מַחֲרַשְׁתּוֹ (ligo?, rutrum?) cum Kl. videtur legendum esse: חֶרְמֵשׁוֹ (= Syr.) „falcem“ (cf. Deut. 16, 9; 23, 26), praesertim cum sequens instrumentum אֵת „vomerem“ esse constet et vox מַחֲרֵשָׁה etiam in fine huius versus et v. 21 spuria sit; hoc statuens non nego, hanc vocem exstitisse; cf. Levy, Neuhebräisches und Chaldäisches Wörterbuch III, pag. 82. Luc.: τὸ θεριστήριον (aratrum?). Pro וְאֶת־ legas וְאִישׁ אֶת־קַרְדֻּמּוֹ = Luc.: καὶ ἕκαστος τὴν ἀξίνην αὐτοῦ et pro מַחֲרַשְׁתּוֹ in fine: דָּרְבָנוֹ (Kl.) = Luc. et S.: τὸ δρέπανον αὐτοῦ, cf. v. 21.

21 Hunc versum iam veteres interpretes corruptum invenerunt, unde coniecturam potius quam versionem exhibent. Luc. et S.: καὶ ἦν ὁ τρυγητὸς ἕτοιμος τοῦ θερίζειν „et erat vindemia parata ad vindemiandum“ (sic!); legerunt הַבְּצָרָה vel simile quid; legas (cf. Pe. et Kl.) pro פִּים: לְמָרֵט „ad acuendum“ (Ez. 21, 10. 11 [Hebr. 21, 15. 16] S. hoc verbum voce ἕτοιμος vertunt!), pro לַמַּחֲרֵשֹׁת (τοῦ θερίζειν): הַחֶרְמֵשׁוֹת, porro ratione habita versus praecedentis: וְלָאֵתִים וְלִשְׁלֹשׁ קִלְּשׁוֹן וּלְהַקַּרְדֻּמִּים וּלְהַצִּיב הַדָּרְבָן; MT. habet: וְהָאֵתִים וְהַקַּרְדֻּמִּים וְהַדָּרְבֹנֹת,

attamen tria verba prima desunt in cod. Kenn. 180, videtur ergo וְלִשְׁלֹשׁ קִלְשׁוֹן (Luc. ἦσαν τρεῖς σίκλοι εἰς τὸν ὀδόντα = שְׁלֹשׁ שֶׁקֶל לַשֵּׁן) glossa esse eademque valde corrupta, quae fortasse pertinebat ad verbum לְמָרֵט sonabatque: לְשַׁנֵּן כְּלָשׁוֹן „ad acuendum e. gr. linguam“, cf. ψ 140, 4; 64, 4. Pro וּלְהַצִּיב (Luc. καὶ τοῦ κατορθῶσαι) Syr. legisse videtur וּלְנִצָּב (cf. Iud. 3, 22) „et in hastam (stimuli)“. Videtur ergo versus sonare: „Et erat lima (instrumentum) ad acuendum falces et vomeres et dolabras et stimulos.“ Luc. post ὀδόντα habet: καὶ τῇ ἀξίνῃ καὶ τῷ δρεπάνῳ καὶ τοῦ κατορθῶσαι τὸ βούκεντρον ὑπόστασις (= מַצָּב) ἦν ἡ αὐτή. In commentario meo textum ita restitui: וְהָיְתָה הַפְּצִירָה פִּיתָם לַחֲרֹשׁ אֶת הָאִתִּים וּלְקַלְקֵל קִלְשׁוֹן וְלִלְטֹשׁ הַקַּרְדֻּמִּים וּלְהָבֵר הַדָּרְבָן „et erat lima acies eorum ad acuendos vomeres et ad exacuendas cuspides et ad limandas dolabras et acuminandos stimulos“.

22 Legas מִלְחָמָה = τοῦ πολέμου (Luc.) pro מִלְחֶמֶת; S. et Luc. post πολέμου habent glossam Μαχμάς. Post וַחֲנִית cum Kl. suppleas: כִּי־אִם „nisi“; Slav.: μόνον (= לֹא . . . כִּי־אִם) παρὰ Σαοὺλ καὶ Ἰωνάθαν υἱῷ αὐτοῦ.

23 MT. si genuinus esset, custodia Philistaeorum e Michmas egressa esset, ut eo veniret. Luc. et S.: καὶ ἐξῆλθεν ἐξ ὑποστάσεως (= מִמַּצָּב), legas cum Kl.: וַיֹּצִאֵם מִצֵּאת „et prompserunt ea (gladios et lanceas), postquam Philistaei exierunt in angustias Michmas“. In fine S. habent glossam ex 14, 1 deprompt am.

CAPUT XIV.

1 Pro הַיּוֹם legendum esse videtur מִיָּמִים = „non ita multo post“; cf. Iud. 11, 4; 14, 8. Interpretes duo prima verba omiserunt aut libere verterunt, intelligentes lectionem הַיּוֹם non esse genuinam.

2 Pro בְּמִגְרוֹן S. habent: ἐκ Μαγών, Luc.: ἐν Μαγεδδώ, Syr.: „in Gibeon“, Arab.: „in Gabaa“, Ch. et Hier. = MT.; legas cum Kl. בְּמִגְרַשׁ „ad fines“ vel „in territorio (Gibeae)“.

3 Pro אִי־כָבוֹד legas יוֹכֶבֶד = Luc.: Ἰωχαβε[δ], S.: Ἰωχαβήλ (Δ commutato cum Λ!). Cf. 4, 21. Ceterum Grimme recte dixerit verba וַאֲחִיָּה . . . אֵפוֹד esse glossam (duplex paseq! cf. v. 18).

4 Luc.: καὶ ἦν ἀνὰ μέσον τῆς ἀναβάσεως (cod. 71 et 108), legas διαβάσεως (= S.). Pro עַל־ legas אֶל־ = εἰς (Luc.). Nomina scopulorum videntur esse מוֹצֵץ „dens maxillaris“ et סֶן „dens“ propter formam dentibus similem. MT. בּוֹצֵץ, Luc.: Βαζέθ = Βαζές (S.), Ald.: Μωσής, Georg.: Μωσίς, Slav. et Ostrog.: Μοσής. סֶנֶה videtur dittographia literae ה sequentis ortum esse ex סֶן = שֵׁן.

5 מָצוּק („columna“) deest apud S. et Luc., videtur esse glossa aut lectio varia ad vocem בּוֹצֵץ (v. 4) vel aliam (מַצָּפוֹן an [ה]מצב? cf. v. 12) pertinens;

deest etiam in cod. Kenn. 89. Pro גֶּבַע in fine legas גִּבְעָה, quod omnes versiones antiquae exhibent.

6 Pro יַעֲשֶׂה legendum esse יַעֲזֹר, iam e contextu concludi potest, ceterum Syr. id legit vertens n'adderan, item Arab. Ceteri interpretes vertunt יַעֲשֶׂה (ποιήσει τι). Paseq lineā putat Grimme verba לְכָה . . . הָאֵלֶּה spuria reddi, id quod mihi non probatur. Puto haec verba propter parenthesin merito hic repeti, praesertim cum non plane eadem sint ac v. 1.

7 Luc.: ποίει πᾶν· ὃ ἐὰν ἡ καρδία σου θελήσῃ (S.: ἐκκλίνῃ); legas pro בִּלְבָבֶךָ נְטֵה לָךְ: לִבְבְךָ נֹטֶה לוֹ et suppleas in fine לְבָבִי, Luc. enim et S. habent: ὡς ἡ καρδία σου ἡ καρδία μου. Verba ἔκκλινον σεαυτόν (sic!) est altera versio verborum נְטֵה לָךְ (MT.).

9 Luc.: ἀπόστητε ἐκεῖ ἕως ἂν ἀπαγγείλομεν ὑμῖν κτλ.; legit עַד־הַגִּידֵנוּ לָכֶם.

10 Suppleas post יֹאמְרוּ: אֵלֵינוּ = πρὸς ἡμᾶς (Luc., S., Syr., Arab.), legasque אֵלֵינוּ pro עָלֵינוּ.

11 Luc.: καὶ εἰςῆλθον (= S.), quae videtur esse libera versio verbi וַיִּגָּלוּ „et veniebant sub aspectum"; an legerunt וַיֵּלְכוּ?

12 הַמַּצָּבָה mendum est pro הַמַּצָּב, quod cod. Kenn. 89 exhibet. Non constat, utrum paseq linea ad hoc lectoris animum advertere debeat an ad aliam lectionem variam, e. gr. יוֹנָתָן pro יְהוֹנָתָן, quod nonnulli codices tam v. 1 quam hic exhibent, dum cod. 30 v. 8 habeat יוֹנָתָן pro יְהוֹנָתָן, e quo elucet, quam immerito qui se vocant „criticos" tali lectioni innitantur, ut fingant potius quam distinguant diversos fontes vel varia fragmenta! Idem eo magis de nominibus יְהוָה et אֱלֹהִים valet.

13 Pro וַיִּפְּלוּ „et ceciderunt": וַיִּפְנוּ „et converterunt se" suppleasque הַפְּלִשְׁתִּים „Philistaei" (= Luc., Syr.: „statio Philistaeorum") et post יוֹנָתָן (cod. 93 et 150: יְהוֹנָתָן) verbum: וַיַּךְ־בָּם = καὶ ἐπάταξεν ἐν αὐτοῖς „et appetivit eos gladio". Ἐπεδίδου (S. et Luc.) „adiecit (occisis a Ionathano alios)" videtur esse libera versio, Σ. vertit: ἀνῄρει, alius: ἐθανάτου.

14 Ultima verba plane corrupta sunt; MT.: כְּבַחֲצִי מַעֲנָה צֶמֶד שָׂדֶה „quasi in medio sulci (?) iugerum agri (?)"; Luc. ἐν βολίσι καὶ ἐν πετροβόλοις (deest in cod. B) καὶ ἐν κόχλαξι (cod. 246 κόλλαξι, legendum videtur χάλιξι, cf. Prov. 20, 20) τοῦ πεδίου = בְּחִצִּים וּבְמַרְגֵּמוֹת וּבְחַצְצִים מִשָּׂדֶה, legas cum Kl.: כַּחֲצָיִם מִמַּחֲנֶה וְכַחֲצָיִם מִשָּׂדֶה „quasi dimidia eorum pars e castris et quasi dimidia pars ex agro (erant)". ἐν πετροβόλοις videtur lectio varia esse pro ἐν βολίσι vel glossa.

17 Versus 17—19 sunt historiae Davidicae, unde desunt in cod. B. Attamen textus eius confusus est cum textu libri Samuelis, unde partim mutatus est ab editore. Ponas cum Kl. primo loco 17b (וְשָׁאוּל וְגו׳), dein suppleas ex 13b: וַיְשִׂמֵהוּ לוֹ שַׂר־אֶלֶף. Dein legas 21b emendata voce בִּשְׁתַּיִם = „in duabus“ [rebus (?) an mulieribus (?) in] בִּשְׁנָתַיִם = „post biennium“: וַיֹּאמֶר שָׁאוּל אֶל־דָּוִד בִּשְׁנָתַיִם תִּתְחַתֵּן בִּי „dixitque Saulus Davidi: Biennio post gener meus esto (affinitate mecum iungeris)“. Corrupta voce בִּשְׁנָתַיִם, quam Syr. omisit, alii conicientes vertunt, addita est verbum הַיּוֹם „hodie“, quod deleas. Cod. 243 habet: καὶ εἶπεν Σαοὺλ πρὸς Δαυίδ· ἐφαιρέσει (sic!) ἔσῃ γαμβρός μοι σήμερον (cod. 236: ἐφ' αἱρέσει); Luc.: ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἐπιγαμβρεύσεις μοι σήμερον, Θ: ἐν ταῖς δυσίν, quae omnia videntur corrupta ex ἐν δυοῖν ἔτεσιν vel ἐν ἔτεσι δυοῖν (Kl.). Sermonem autem hic esse de die statuta, ex v. 26 elucet. Sequitur 17a omissis verbis וַיֹּאמֶר שָׁאוּל אֶל־דָּוִד (ex 21b depromptis).

18 Iam e contextu elucet, verba וּמִי חַיַּי מִשְׁפַּחַת esse corrupta, legas cum Kl. וּמִי אַחַי וּמִשְׁפַּחַת „et qui sunt fratres mei et familia patris mei?“ Luc. omittit אַחַי vel חַיַּי: καὶ τίς ἡ συγγένεια τοῦ πατρός μου; cod. A: καὶ τίς ἡ ζωὴ τῆς συγγενείας σου (sic!) πατρός μου. Post v. 18 inseras 29b: וַיְהִי שָׁאוּל אֹיֵב אֶת־דָּוִד כָּל־הַיָּמִים, quae desunt in cod. B ut 21b et v. 30, quem hic ponas suppletis post שָׂרֵי vocibus: אֲלָפִים לִקְרַאת, quas excidisse paseq linea indicare videtur. Sed et Grimme recte dixerit, pro שָׂכַל legendum esse cum Syr., Arab., Ch.: הִצְלִיחַ, qui hic de bello contra Philistaeos a Davide feliciter gesto agitur.

19 Sequitur v. 19a, ubi omissis vocibus: תֵּת אֶת־מֵרַב בַּת־ legas אֲשֶׁר דִּבֶּר et בָּעֵת pro בְּעֵת suppleasque post דָּוִד 26b: לְהִתְחַתֵּן בַּמֶּלֶךְ וְלֹא מָלְאוּ הַיָּמִים (cod. B tantum habet: ἐπιγαμβρεῦσαι τῷ βασιλεῖ). Sequitur 19b, ubi loco vocis וְהִיא legas: וּמֵרַב בַּת־שָׁאוּל (Kl.). Hunc ordinem textus esse genuinum, ex ipso contextu apparet.

20 Versus 20—26 sunt libri Samuelis, sed ab editore textus confusi mutati.

20b Cod. B omittit τὸ ῥῆμα = הַדָּבָר.

21a Deleas verba וּתְהִי־בוֹ יַד־פְּלִשְׁתִּים (e v. 17b deprompta). Quoad 21b vide supra v. 17.

22 Legas עֲבָדָיו (Qerê) pro עבדו (Kethîb) vel עֲבָדָו (MT.) et post hanc vocem suppleas: לֵאמֹר = λέγων (Luc., cod. B, Arab.). Pro וְעַתָּה interpretes Graeci legerunt וְאַתָּה = καὶ σύ. Pro בַּמֶּלֶךְ „(affinitate iungaris) cum rege“ legas cum Kl. בְּמִיכַל „(age, pete Michalem uxorem)“. Cf. v. 20 et 27.

24 Luc.: καὶ ἀνήγγειλαν τῷ Σαοὺλ οἱ παῖδες αὐτοῦ κατὰ πάντα τὰ ῥήματα ἃ ἐλάλησε Δαυίδ (similiter cod. A et B, Syr., Arab.).

25 Luc., cod. A et B: ἑκατόν = Ch., Hier.; Syr., Arab.: ducenta.

26 b Vide supra v. 19.

27 Luc., cod. A et B: ἑκατόν, Compl. (in textu, teste Field) et cod. 243: διακοσίους. Deleas verba וַיְמַלְאוּם לְהִתְחַתֵּן בַּמֶּלֶךְ (cf. cod. B), quae lineā paseq spuria redduntur. Sunt vel glossa marginalis, ex 27 b deprompta, dicens: tunc venisse diem statutam, quo David cum rege iungeretur affinitate (cf. v. 19), vel potius ex historia Davidica inserta, ubi legas cum Kl.: וַיִּמָּלְאוּ לוֹ הַיָּמִים לְהִתְחַתֵּן בַּמֶּלֶךְ „venitque ei dies statuta, qua cum rege affinitate iungeretur“. Verba καὶ ἐπιγαμβρεύεται τῷ βασιλεῖ (in cod. B) non sunt libri Samuelis propria, sed ex aliis codicibus textum utrumque confusum exhibentibus inserta; desunt enim in cod. 56, 121, 236, 246. Cf. H.-P.

28 Versus hic utriusque textus communis est. Deleas 28 a in libro Samuelis verbum וַיֵּדַע, dum in historia Davidica legendum est וַיֵּדַע שָׁאוּל (= cod. A: καὶ ἔγνω Σ.), deleta voce וַיַּרְא. 28 b pertinet ad historiam Davidicam; in libro Samuelis autem legas: וְכָל־יִשְׂרָאֵל אֲהֵבוּהוּ = cod. B: καὶ εἶδεν Σαοὺλ ὅτι κύριος μετὰ Δαυὶδ καὶ πᾶς Ἰσραὴλ ἠγάπα αὐτόν. In historia Davidica suppleas post v. 28 ex 27 c: וַיִּתֶּן־לוֹ אֶת־מִיכַל בִּתּוֹ לְאִשָּׁה.

29 Legas וַיּוֹסֶף, ut plurimi codices habent vel וַיֹּסֶף; porro deleas שָׁאוּל legasque לִירֹא = cod. B: καὶ προσέθετο εὐλαβεῖσθαι ἀπὸ Δαυεὶδ ἔτι. Quoad 29 b et 30 vide supra v. 18.

CAPUT XIX.

Hoc caput libri Samuelis est ut sequentia usque ad 23, 15 a, quod colon referendum est ad 27, 1: „David, cum intelligeret, Saulum vitae suae insidiari, secum cogitavit: Quae quum ita sint, alio tempore auctore Saulo de medio tollar, nihil melius mihi est quam fugere in terram Philistaeorum“ etc. (Kl.).

2 Pro הִשָּׁמֶר־נָא בַבֹּקֶר cum Kl. legas: הִשָּׁמֶר מְאֹד בַּקְּרָב „caveas ne pugnae convenias“. Syr. et Arab. omittunt בַּבֹּקֶר.

3 Suppleas post מָה verbum יִהְיֶה = ὅ τι ἐὰν ᾖ (S., Luc.).

4 Legas וְכָל־מַעֲשָׂיו pro וְכִי מַעֲשָׂיו vel saltem omittas ו ut cod. Kenn. 102: „sed (omnia) ab eo gesta“ etc.

5 Suppleas post יְהוָה vocem בְּיָדוֹ = δι' αὐτοῦ (S., Luc.). Luc. habet: καὶ πᾶς Ἰσραὴλ εἶδε καὶ ἐχάρησαν, similiter S. Syr., Arab., Ch., Vulg. = MT.

6 Suppleas post שָׁאוּל (2do) vocem לֵאמֹר = S., Luc., Syr., Arab.

8 Luc.: καὶ προσετέθη γενέσθαι πόλεμος ἔτι ἐπὶ τοὺς ἀλλοφύλους (cod. B: πρὸς Δαυείδ, alias: πρὸς Σαούλ) = Arab., suppleas ergo post לִהְיוֹת voces: עִם־הַפְּלִשְׁתִּים.

Pro וַיֵּצֵא Luc. et S. habent: καὶ κατίσχυσε(ν); si conferas Is. 22, 4, intelligas eos legisse וַיְּאָץ „et studuit (pugnare)“. Cf. etiam 27, 1, ubi idem mendum invenitur (וַיֵּצֵא pro וַיְּאָץ). Porro S. et Luc. habent σφόδρα praeter μεγάλην, item cod. Kenn. 70: גְּדוֹלָה מְאֹד.

9 Luc.: καὶ ἐγένετο πνεῦμα πονηρὸν ἐπὶ Σαοὺλ παρὰ θεοῦ, cod. B: πνεῦμα θεοῦ πονηρόν, cod. A (= cod. 74, 120, 134, 247, Ald.) πνεῦμα κυρίου πονηρόν: Θεοῦ deest in cod. XI, 44, 55, 56, 64, 82, 93, 106, 108, 119, 242, 243, 244, 245, 246; Compl.: παρὰ κυρίου. יְהוָה deest in cod. Kenn. 109. Paseq linea lectoris animum advertit ad lectiones varias. Lectio genuina videtur esse: רוּחַ רָעָה מֵאֵת־יְהוָה ut 16, 14 vel potius רוּחַ הָרָעָה ut 16, 23, quam S. legerunt: רוּחַ ה׳ רָעָה. Cf. Arab. In fine legas בְּיָדוֹ (cod. Kenn. 150, 224, primo 1, primo de R. 554, S., Luc., Vulg.) pro בְּיָד. ו haplographia excidit in scriptura continua.

10 Hic versus finitur voce וַיִּמָּלֵט = S.

11 Suppleas וַיְהִי = καὶ ἐγένετο (Luc.) vel καὶ ἐγενήθη legasque initio: וַיְהִי בַּלַּיְלָה הַהוּא. Deleas ו ante לַהֲמִיתוֹ = Luc., S., Arab.

13 S. et Luc. תְּרָפִים vertunt voce κενοτάφια. Fortasse recte dixit Kl., lectionem genuinam esse κηρόγραφα = רְפָאִים, penates. Pro כְּבִיר legerunt כָּבֵד = ἧπαρ, ut v. 16.

16 Legas melius עַל־ pro אֶל־. In fine Luc. habet: καὶ ἀνήγγειλαν τῷ Σαούλ (cod. 19, 82, 93, 108); καὶ ἀπήγγειλαν (-ον) τ. Σ. legitur in cod. 92, 144. Quae verba genuina esse videntur fontis uberioris huius libri: וַיַּגִּדוּ לְשָׁאוּל. Sed textus hic est in compendium redactus, ut e v. 17 elucet.

18 b Luc. habet: καὶ ἐπορεύθησαν Δαυὶδ καὶ Σαμουὴλ καὶ ἐκάθισαν ἐν Αὐὰθ ἐν Ῥαμά (similiter S.). MT. hic tantum exhibet: בנוית, quod Massorethae pronuntiant: בְּנָיוֹת (Qerê) „in Najôth“. Αὐάθ corruptum esse ex Ναυάθ, quilibet concedet; post praepositionem ἐν excidit ν (in scriptura continua). Cod. A semper habe Ναυιώθ = Qerê נָוִית, Syr. legit יוֹנַת, vertit enim b’ jaunath dabrâmthâ (אֲשֶׁר בָּרָמָה), Arab. נָוִת; Ch.: בְּבֵית־אוּלְפָנָא, videtur legisse בְּבַת־מֹרָה pro בְּבַת־רָמָה „in suburbio Ramae“ vel, quod veri simile non est: בְּאָנִיּוֹת pro בְּנָוִית. Aliae lectiones variae sunt: ἐν Ναυὰθ ἐν Ῥαμᾶ, corruptum in ἐν Ναυάθαν Ῥαμά (cod. 245) בְּנָוֹת בָּרָמָה, ἐν κριτηρίῳ ἐν Ῥαμά (Slav., Ostrog.) = בְּדִינַת בָּרָמָה (?). Legas cum Kl. בְּנָוִית בַּת־רָמָה „Navijjae, i. e. in suburbio Ramae“; cf. Num. 21, 25; Ios. 15, 45; Iud. 11, 26 etc. Non obstat, quod haec lectio etiam vv. 19, 22, 23 et 20, 1 corrupta sit (contra Laur, Die Prophetennamen, pag. 18 seqq.), quia hoc etiam de aliis vocibus valet, quae in oblivionem venerunt, ut חֲצִי = lentiscus (cf. 20, 20 seqq.), לַמְנַצֵּחַ, quod S. legerunt לָמְנֶצַח = εἰς τὸ τέλος etc. etc.

19 In fine legas: בְּנָוִית בַּת־ר׳ ut v. 18.

20 Pro וַיַּרְא אֶת־לַהֲקַת legas וַיִּרְאוּ אֶת־קְהִלַּת (Kl.) = S. et Luc.: εἶδον τὴν ἐκκλησίαν; Luc. praemittit ἐλθόντες = וַיָּבֹאוּ, quod fortasse excidit ante וַיִּרְאוּ. Pro נִצָּב cum Kl. legas מְנַצֵּחַ „choragus".

22 Initio suppleas וַיִּחַר אַף־שָׁאוּל = καὶ ἐθυμώθη Σαοὺλ ὀργῇ (Luc. similiter S.). Pro הַגָּדוֹל legas הַגֹּרֶן = τοῦ ἅλω (Luc., S.), pro בַּשֶּׂכִי וַיִּשְׁאַל (Luc.: τῆς ἐν Σεφὶ καὶ ἠρώτησε Σαούλ) cum Kl.: בָּהּ שֹׁפֵט שְׁמוּאֵל „ubi Samuel iudicabat", quod convenit contextui. In fine legas וַיֹּאמְרוּ (Qerê) et בְּנָוֹית בְּת־רָמָה ut v. 18. 19.

23 Pro שָׁם legas מִשָּׁם = „inde" et אֶל־נָוֹית בְּת־רָמָה ut v. 18. 19; item in fine בְּנָוֹית בְּת־ר״.

CAPUT XX.

1 Legas מִנָּוֹית בְּת־רָמָה (ut 19, 18. 19. 22. 23) pro מִנָּוֹות בָּרָמָה. Paseq linea videtur indicare, verbum וַיֹּאמֶר ponendum esse post יְהוֹנָתָן = Luc., S., Syr., Arab.

2 Legas post לוֹ subiectum יְהוֹנָתָן = Luc., S., Syr., Arab. et post חָלִילָה vocem לְךָ ut v. 9. Ante עשה (Kethîb), quod non mutandum est in יַעֲשֶׂה (Qerê), legas לֹא (Qerê) pro לוֹ.

3 Luc. (et S.): καὶ ἀπεκρίθη Δαυὶδ τῷ Ἰωναθάν, Syr. et Arab.: „iuravit autem illi David", legerunt ergo non עוֹד, sed לוֹ, quod legas praemisso verbo וַיִּשְׁתַּחוּ (Kl., cf. v. 41). Ante μὴ γνώτω (אַל־יֵדַע) Luc. repetit subiectum ὁ πατήρ σου (אָבִיךָ). Pro פֶּן־יֵעָצֵב „ne dolore afficiatur" S. habent: μὴ οὐ βούληται (= פֶּן־יַחְפֹּץ?), Luc.: ὅπως μὴ ἀναγγείλῃ τῷ Δαυίδ, quae est lectio genuina; legas ergo פֶּן־יַגִּיד אֶת־דָּוִד vel פֶּן־יְעַצְּנוּ (Kl.), cf. 2 Sam. 17, 15. In fine versio Graeca loco proverbii Hebraei exhibet Graecum, unde S. inserunt: καθὼς εἰπεῖν (ut legendum est pro εἶπεν): ὅτι πεπλήρωται ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ (Luc. inserit hic: πατρός σου ἕως) θανάτου.

4 Pro תֹּאמַר legas תְּאַוֶּת (Kl.) vel תְּאַוֶּה = Luc. et S.: τί ἐπιθυμεῖ.

5 Inter יָשֹׁב־אֵשֵׁב inseras לֹא (Kl.) = S. (οὐ); in fine deleas glossam הַשְּׁלִישִׁית („i. e. die tertio"), quae deest apud S. et Luc., legasque pro הָעֶרֶב cum Kl. הָעֲבֹדָה „usque ad tempus officii".

7 b Luc. habet ut v. 10: ἐὰν δὲ σκληρὰ ἀποκριθῇ σοι, similiter S.

8 Legas עִם־ pro עַל־, Luc. et S.: μετά; ceterum codices Kenn. 154 et 182 et nunc 84 exhibent עִם. Pro בִּי S. et Luc. habent: ἐν τῷ δούλῳ σου.

9 Paseq linea lectoris animum ad lectiones varias advertit. S. habent in fine: καὶ ἐὰν μὴ ᾖ εἰς τὰς πόλεις σου, ἐγὼ ἀπαγγέλλω σοι (Luc. mutato ordine: καὶ ἐὰν μή, ἀπαγγελῶ σοι εἰς τὰς πόλεις σου); propositio Hebraice sonat: וְלֹ אַתָּה בְּעִירֶךָ (S. legerunt: בְּעָרֶיךָ). Apodosin אַגִּיד לְךָ cum Kl. emendes in: אָנֹכִי אָגֵן לְךָ „ego te protegam" vel legas עָלֶיךָ ut Zach. 9, 15. MT. sonat: „et non id (אֹתָהּ) annunciavero tibi", deest ergo apodosis!

10 Pro יַגִּיד לִי אוֹ cum Kl. legas יָגֵן לַאדֹנִי „sed quis proteget dominum meum?“ Quae sequuntur, interpretes antiqui male intellexerunt; sensus est: „Quid te pater tuus dure tractet?“ (Kl.) MT.: יַעַנְךָ.

11 Pro וְנֵצֵא הַשָּׂדֶה (Luc. καὶ ἐξέλθωμεν) S. habent: καὶ μένε εἰς ἀγρόν, legas ergo: וְשֵׁב בַּשָּׂדֶה.

12 Paseq linea videtur non tantum vocem מָחָר (ex 18 depromptam?) vel הַשְּׁלִשִׁית (cf. v. 5) spuriam reddere, sed totam sententiam a voce יַהְוֶה usque ad finem; ultimum enim colon, quod deest apud S. et Luc. (Σ. et Θ. id vertunt), e versu sequente insertum est. Cetera verba videntur esse iuramentum, quod in uberiore libri fonte locum habuit post versum 9 sonatque: „ita me deus adiuvet („vivat“ = חַי), ut explorabo animum patris mei tempore opportuno (כְּי־עֵת Osee 13, 13; MT.: cras circiter idem tempus? cf. Ex. 9, 18; Ios. 11, 6); sed si bonus est Davidi, tunc non mittam nuntium ad te“: חַי יַהְוֶה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל כִּי־אֶחְקֹר אֶת־אָבִי כִּי עֵת וְהִנֵּה־טוֹב אֶל־דָּוִד וְלֹא־אָז אֶשְׁלַח אֵלֶיךָ. S. et Luc. loco vocis חַי praemittunt οἶδε = יָדַע. Fortasse כָּעֵת = κατὰ καιρόν (Luc.).

13 Iuramentum כֹּה . . . יֹסִיף referendum est ad verba sequentia. Pro כִּי־יֵיטַב legas כִּי אִם־טוֹב „si placuerit patri meo“; post אֶל־אָבִי excidit לְהָבִיא „inferre tibi hoc malum“. Quoad כִּי in iuramento cf. 14, 44. Textus Graecus emendandus est ita: ὅτι, ἐὰν ἀρέσῃ τῷ πατρί μου ἀνοίσειν τὰ κακὰ ἐπί σε (καὶ) ἀποκαλύψω κτλ. Post hunc versum ponas v. 17, ubi legas pro לְהַשְׁבִּיעַ אֶת־: לְהִשָּׁבַע לְדָוִד = ὀμόσαι τῷ Δαυίδ (Luc. et S.). 17b S. et Luc. male intelligentes verterunt: ὅτι ἠγάπησε ψυχὴν ἀγαπῶντος αὐτόν; cf. 18, 3.

14 Καὶ μὲν (legas μὴ, cod. A: καὶ μέ, sic!) ἔτι μου ζῶντος (Luc.: καὶ ἐὰν ἔτι ἐμοῦ ζ.); legas cum Kl. וְאִם לֹא עוֹדֶנִּי חַי „et si non amplius vixero“ pro וְלֹא אִם, ut lector quidam emendavit e verbis sequentibus.

15 Pro וְלֹא (2do) legas וְלֹא.

16 Initio deleas וְ ante יִכָּרֵת ponasque אֹיְבֵי loco vocis בֵּית spuriae. Tota sententia ergo sonat (14—16): „Et si amplius non vixero tuque non poteris mihi ipsi gratiam Domini exhibere ita, ut non moriar, tamen ne auferas gratiam tuam domui meae in aeternum! Sed si, sublatis a Jahve inimicis Davidis unoquoque de terra, Ionathanus sublatus erit una cum inimicis Davidis, tunc quaerat id Jahve e manu David, i. e. vindicet id Jahve a Davide!“

17 Vide v. 13.

18 Luc. (cod. 19, 82, 93, 108, Compl.) habet: καὶ ἐπισκοπῇ ἐπισκεφθήσεται; S. = MT.: καὶ ἐπισκεπήσῃ, ὅτι ἐπισκεπήσεται. Ultimum colon pertinet ad versum sequentem: „Si quaerent sedem tuam.“

19 Luc. (et S.): καὶ τρισσεύσεις καὶ ἐπισκέψει καὶ ἥξεις, legas cum Kl.: וּמִשְׁלַחַת תֵּרֵד מֵאָבִי וּבָאתִי „et si allegati a patre meo venient, veniam“ etc. Interpretes

antiqui coniciunt magis quam vertunt. In fine legas pro הָאֶבֶן הָאָזֶל: הָאַרְגָּב הַלָּז = Luc.: παρὰ τῷ λίθῳ ἐκείνῳ vel S.: παρὰ τὸ ἐργὰβ ἐκεῖνο; cf. v. 41.

20 Pro שְׁלֹשֶׁת S. et Luc. legerunt שְׁלִשִׁי ut v. 19. הַחִצִּים mendum est pro הַחֲצִים „lentiscos". Legas cum Kl. pro צִדָּה: מִצִּדּוֹ „penes eum", sc. acervum lapidum (ם haplographia excidit), pro אוֹרֶה: אֶרְאֶה, ponas denique לְשַׁלַּח ultimo loco: „Ego autem tres lentiscos istas, quae sunt penes eum, eligam mihi destinatum, quod petam." Commutata voce חֲצִי „lentiscus" cum חֵץ „sagitta", totus versus mutatus est. Quomodo lectiones variae oriantur, ostendunt hic codices Graeci. Luc.: εἰς τὴν ἀμματάραν (הַמַּטָּרָה)!

21 Suppleas ante לֵךְ vocem לֵאמֹר = λέγων (S. et Luc.). Paseq linea post הַחִצִּים (2do) videtur indicare, legendum esse הַחֵץ = Luc. et S. (Grimme), id quod commendatur voce קָחֶנּוּ, cui paseq alterum appositum est. Cod. 257 habet הַחֲצִי. Recte dixerit Grimme קָחֶנּוּ spurium esse (paseq!); sicut Luc. inserit γίνωσκε ὅτι εἰρήνη σοι, ita hic lector hoc verbum inseruit, putans imperativum apodoseos וָבֹאָה referendum esse ad puerum, non ad Davidem. Pro וְאֵין דָּבָר „et nihil timendum" S. habent: καὶ οὐκ ἔστιν λόγος κυρίου, Luc.: λόγος πονηρός.

23 Legas cum Kl. יְהוָה עֵד pro יְהוָה; S. et Luc. inserunt vocem μάρτυς (ἰδοὺ κύριος μάρτυς), ut v. 12 inseruerunt οἶδεν. S. = MT.; Luc. e versu 42 inseruit verba: καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός μου καὶ τοῦ σπέρματός σου.

24 MT.: וַיֵּשֶׁב הַמֶּלֶךְ עַל־הַלֶּחֶם „conseditque rex ad panem", Luc.: καὶ εἰςῆλθεν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὴν τράπεζαν (S.: καὶ ἔρχεται) = וַיָּבֹא הַמֶּלֶךְ עַל־הַשֻּׁלְחָן, legas cum Kl.: וַיָּסֹב הַמֶּלֶךְ עַל־הַשֻּׁלְחָן „cibi capiendi causa accubuit"; unde non legendum est אֶל־ (Qerê). Cf. 16, 11 et 2 Sam. 9, 11. Vox הַלֶּחֶם videtur fuisse cerula miniata, indicans rem obiectam verbi לֶאֱכֹל, cf. Hier.: „ad comedendum panem" et phrases אָכַל לֶחֶם „comedere" et שָׁתָה מַיִם „bibere".

25 Pro עַל־מוֹשָׁבוֹ = ἐπὶ τὴν καθέδραν αὐτοῦ cum Kl. legas עַל־מְסִבּוֹ „cum convivis suis" (ad verbum: „ad convivium"); Luc. semel tantum vertit עַל־מוֹשָׁבוֹ, cognoscens, eandem vocem non posse ita repeti. Pro אֶל־מוֹשַׁב melius legas עַל־מוֹשַׁב. Luc.: καὶ προέφθασεν αὐτὸν (S.: τόν) Ἰωναθάν, legas ergo pro וַיָּקָם: וַיְקַדֵּם et וַיֹּשֶׁב (Hiphîl) pro וַיֵּשֶׁב, denique וַיִּפָּקֵד pro וַיִּפָּקֵד (Kl.), ut sensus sit: „Cumque rex decumberet cum convivis, ut solebat, in sella ad parietem posita, Ionathanus praeveniens Abnerum Saulum assidere iussit, cum ipse Davidis locum obtineret." Ultimum enim colon non potest sensum habere: „cum Davidis locus vacaret" (Σ.: ὑστέρησεν, Vulg.: vacuusque apparuit), sed: „cum Davidis locus desideraretur" (ἐπεσκέπη, Luc., S.), quod contextui repugnat; desiderabatur enim non Davidis sedes, sed ipse David. Veteres interpretes neque hunc versum videntur recte intellexisse nec sequentes.

26 Legas pro בלתי טהור הוא, deleta lectione varia כי לא טהור cum Kl: כִּי־לֹא יְטַהֲרֵהוּ „quia non excusat (purgat) eum“. S. et Luc. = MT. Syr. et Ch. et Arab. non vertunt, sed explicant textum Hebraicum.

27 הַשֵּׁנִי fuit cerula miniata pertinens ad vocem מָּחֳרַת, cf. v. 5 et 12. וַיִּפָּקֵד „et desiderabatur locus Davidis“ (sic!), cf. v. 25; legas וִיהוֹנָתָן פָּקַד „Ionathanus obtinuit“ (sedem Davidis). Recte dixerit Kl. lectionem Massorethicam ortam esse e compendio: י״ פָּקַד S. et Luc. augentes textum vertunt: καὶ ἐγενήθη (ἐγένετο) τῇ ἐπαύριον τοῦ μηνὸς τῇ ἡμέρᾳ τῇ δευτέρᾳ καὶ (apud Luc. deest καί!) ἐπεσκέπη ὁ τόπος κτλ. Sed in cod. A et 244 deest τῇ ἡμέρᾳ. In fine legas pro הַלָּחֶם: הַשֻּׁלְחָן = ἐπὶ τὴν τράπεζαν (Luc. et S.) ut v. 24 et 30 et 34.

28 Suppleas post שָׁאוּל vocem לֵאמֹר = Luc., S., Syr., Arab. In fine legas pro עַד־בֵּית לָחֶם cum Kl.: לָרוּץ בֵּית־לֶחֶם עִירוֹ = Luc.: δραμεῖν ἕως Βηθλεὲμ τῆς πόλεως αὐτοῦ vel S.: ἕως εἰς Βηθλεὲμ τὴν πόλιν αὐτοῦ πορευθῆναι, cf. v. 6 et Syr., Arab., Ch., Vulg.

29 Legas pro וְהוּא צִוָּה־לִי אָחִי „et ipse mandavit mihi frater meus“, quod repugnat contextui, cum Kl.: והוא צִוְּתָה־לְאַחַי „eaeque (epulae sacrificales) mandatae sunt fratribus meis“; cf. Luc. καὶ ἐνετείλαντο πρός με οἱ ἀδελφοί μου, ubi confusa est lectio genuina cum spuria.

30 Luc. libere vertit וַיִּחַר־אַף verbis: καὶ ἐθυμώθη . . . σφόδρα. Voces בֶּן־נַעֲוַת הַמַּרְדּוּת „fili mulieris degeneris“ (verbotenus: „quae degeneravit ab omni modestia vel disciplina“) S. vertunt υἱὲ κορασίων αὐτομολούντων, ad quod Luc. addit: γυναικοτραφῆ, quae est glossa explicans κορασίων αὐτομολούντων. Legisse videntur נַעֲרֹת הַמַּרְדּוּת „puellarum rebellionis“ i. e. „puellarum dissolutarum“. Sed מַרְדּוּת designat disciplinam, cf. Dr. et Levy, Neuhebr. und Chald. Wörterbuch (III, 243). Pro בֹחֵר legas חָבֵר vel חָבוּר = μέτοχος (S. et Luc.), cf. Syr., Arab., Ch., Vulg. עֶרְוַת videtur esse glossa; deest in cod. Kenn. 95, cum in cod. 244 inveniatur eius loco חֶרְפַּת! Unde sermo non tam videtur esse de matre quam de filio degenere. Quodsi res ita se habeat, בֶּן־נַעֲוַת הַמַּרְדּוּת designet virum „degenerantem a disciplina“ („filium degenerationis a disciplina“), „impudicum“ = παιδεραστήν, ita ut Saulus Ionathanum propter amorem Davidis impudicitiae suspectum reddat ideoque Ionathanus matri suae non sit honori. Quoad חָבֵר „amator“ cf. Is. 1, 23.

31 Pro אתו Luc. et S. habent: τὸν νεανίαν.

32 In cod. B (non in cod. A aliisque multis) deest τῷ πατρὶ αὐτοῦ, Lagarde omisit in textui Luciani: τῷ Σαούλ, sed immerito, cf. cod. 82, 93, 108, Compl.

33 עָלָיו videtur ortum ex compendio: על־יו׳ = עַל־יוֹנָתָן = S. et Luc.: ἐπὶ Ἰωναθάν. כָּלָה mendum est pro כָּלְתָה, cf. v. 9 et versiones antiquas. S. et Luc. immerito inserunt ἡ κακία, quia neglexerunt, genus femininum in lingua Hebraica poni pro neutro.

34 Legas pro בְּיוֹם הַחֹדֶשׁ הַשֵּׁנִי „die altero mensis“ (cf. v. 27) cum Kl. בַּיּוֹם הַהוּא et pro נֶעְצַב אֶל־דָּוִד: נֶעְצַר אֶל־חַדְרוֹ „inclusit se in cella sua“ (cf. 2 Sam. 12, 16 seqq.); de Davide hic agi non potest, quia Saulus non Davidem, sed Ionathanum ipsum ignominia affecit. Pro הִכְלִמוֹ Luc. et S. legerunt כִּלָּה עָלָיו „decrevit adversus eum!“

35 Legas pro לְמוֹעֵד דָּוִד cum Luc. et S.: לַמּוֹעֵד אֲשֶׁר שָׁם דָּוִד vel שָׁם לְדָוִד (Luc.?).

36 Luc. καὶ εἶπεν Ἰωναθὰν τῷ παιδαρίῳ, S. omittunt Ἰωναθάν ut ceteri interpretes antiqui. In fine legas, ut convenit versui 20: הַחִצִּים לְהַעֲבִירָם „ita telo petiit lentiscos, ut eas superaret“ pro הַחֵצִי לְהַעֲבִרוֹ, quia tres erant lentisci; Luc.: τὰ βέλη καὶ παρήγαγεν αὐτόν.

37 Legas הַחִצִּים (Luc. τῶν βελῶν) pro הַחֵצִי, cf. v. 36 et 20. In fine autem legas הַחֵץ (ut v. 21) = ἡ σχίζα (S. et Luc.). Luc. videtur omisisse verba inde ab הֲלוֹא usque ad הַנַּעַר (v. 38) lapso oculo ab uno הַנַּעַר ad alterum.

38 Legas הַחֵץ pro הַחֵצִי, ut v. 37 et 21. Ionathanus enim unam tantum arcu expulit sagittam. Sed videtur hic relatio in angustum coacta esse.

40 אֲשֶׁר־לוֹ videtur esse glossa, quia deest apud Luc. et S., Syr. et Arab.; הָבִיא videtur mendum esse pro הָבִיאָה. Luc.: πορεύου εἰς τὴν πόλιν, S.: πορεύου εἴςελθε εἰς τ. π.

41 Suppleas post בָּא voces: אֶל־הָעִיר = εἰς τὴν πόλιν (Luc.). Pro הַנֶּגֶב legendum est הָאַרְגָּב ut v. 19, Luc.: τοῦ Ἀργόβ (= אַרְגֹּב?). Recte dixerit Grimme, paseq linea spuria reddi verba אִישׁ אֶת־רֵעֵהוּ (2do); cod. enim Graecus 44 habet: καὶ ἐφίλησαν ἀλλήλους καὶ ἔκλαυσαν ἕως συντελείας, cum in cod. Kenn. 30, 96, 155 desint verba וַיִּבְכּוּ . . . רֵעֵהוּ. In fine legas עַד־יוֹם גָּדוֹל ut Gen. 29, 7 (Kl.) vel melius עַד־הַיּוֹם הַגָּדוֹל „usque ad lucem claram“; in cod. enim Kenn. 178 et 278 invenitur הגדל et S. et Luc. vertunt: ἕως συντελείας μεγάλης = עַד־תֹּם גָּדֹל!

42 Legas pro אֲשֶׁר: וַאֲשֶׁר = καὶ ὡς (Luc. et S.) deleasque voces insertas (paseq!) לֵאמֹר יְהוָה, cf. v. 12 et 23. S. et Luc. inserunt vocem μάρτυς.

CAPUT XXI.

1 Versus 1 pertinet ad caput 20 (cf. S. et Vulg.). Suppleas post וַיָּקָם subiectum דָּוִד = Δαυίδ (S., Luc.).

2 Legas נֹבָה (accus.) = Νόβα (cod. A); cf. 22, 11. 19. Luc. (Lag.) omisit לוֹ = αὐτῷ.

3 Luc. et cod. A: σήμερον ῥῆμα, cod. B: ῥῆμα σήμερον; vox σήμερον videtur esse inserta. Pro אֶת־הַדָּבָר legas (cf. Kl. et Gen. 39, 6): אִתְּךָ דָבָר. Sed non est necessarium delere דָּבָר, licet esse possit lectio varia pro מְאוּמָה. Pro יוֹעַדְתִּי legas נוֹעַדְתִּי = „condixi“ (Hier.) et διαμεμαρτύρημαι (cf. 20, 35: μαρτύριον =

מֹעֵד); cf. Ex. 25, 22, ubi legitur וְנוֹדַעְתִּי pro וְנוֹעַדְתִּי, et 29, 42 ubi S. pro אִוָּעֵד legerunt: אִוָּדַע. Voces פְּלֹנִי אַלְמֹנִי „illum et illum" (Hier.) interpretes Graeci aut transscribunt: φελλονὶ ἀλμονί, cod. A: φελμωνὶ ἀλμωνί, cod. B: φελλανεὶ μαεμωνεί, aut male intelligentes vertunt: λεγομένῳ· θεοῦ πίστις (Luc.) = פְּלֹנִי אֵל־אֱמֻנִם; Syr.: „in locum abditum et occultum."

4 Cur David quinque panes postulet, non intelligitur, cum solus sit. Legas pro חֲמִשָּׁה־ cum Kl. מִשְׁחַת־ „portionem" (Lev. 7, 35) vel מָשְׁחַת־ „donum" (Num. 18, 8).

5 Deleas אֶל־, quae videtur esse lectio varia pro אַל; apud Luc. et S. deest. In fine textus corruptus est; de mulieribus enim non est sermo, sed de eo, utrum pueri liberi sint a culpa necne. Legas ergo pro מֵאִשָּׁה recte מֵאִשֶּׁה = Syr.: men qurbânâ (cf. Lev. 24, 9), ante quam vocem lapsu oculi exciderunt verba: מֵאָשָׁם יֹאכְלוּ: „si tamen se caverint a culpa, comedant de sacrificio" vel legas: הַנְּעָרִים מֵאָשָׁם אַךְ מֵאִשֶּׁה יֹאכְלוּ; S. enim in fine habent: καὶ φάγεται, Luc.: καὶ φάγονται. Cod. A ante ἀπὸ γυναικός habet πλήν (= אַךְ), in cod. B et apud Luc. deest.

6 Textus mutatus est omissis in v. 5 verbis מֵאָשָׁם et יֹאכְלוּ. Legas pro אִשָּׁה vocem אֶמֶשׁ „nocte elapsa" (cf. Gen. 19, 34; 31, 29. 42) et pro עֲצֻרָה „prohibita": עֲצָרָה = עֲצֶרֶת „coetus, conventus (sacer)"; cf. 2 Reg. 10, 20; Is. 1, 13; Io. 1, 14. Particula enim כְּ „sicut (heri et nudius tertius)" postulat vocem designantem tempus statutum (עֲצָרָה = מֹעֵד!). אִם praecedens videtur esse delendum, deest enim in cod. Kenn. 93, 154, 224: „Heri vesperi fuit nobis conventus ut nudius tertius; cum egrederer, pueri omnes (legas כָּל־ pro כְּלֵי; S.: πάντα τὰ παιδάρια) erant sancti." Luc.: ὅτι Πλὴν ἀπὸ γυναικὸς ἀπεσχήμεθα ἀπὸ (sic!) τῆς ἐχθὲς καὶ τρίτης ἡμέρας· ἐν τῷ γὰρ ἐξελθεῖν με εἰς τὸν ὁδόν (= לְדַרְכִּי?), γέγονε τὰ παιδάρια ἡγνισμένα. Pro קֹדֶשׁ legas קְדֹשִׁים, quod solum respondet contextui et versionibus antiquis. In fine legas pro יִקְדַּשׁ בַּכֶּלִי „(via) sancta erit in vase" (sic!): יִקְדְּשׁוּ בַּכֹּל „sancti sunt omni ex parte"; de pueris enim sermo est, quos David sanctos esse dixit, licet via esset profana. Luc. textum videtur ita intellexisse, legit autem בְּכֵלָי = διὰ τὰ σκεύη μου. Similiter S. habent.

7 Pro קֹדֶשׁ Luc. habet ἄρτον προσώπου ut medio in versu (= cod. A), cod. B: τοὺς ἄρτους τῆς προθέσεως; Hier.: „sanctificatum panem" = לֶחֶם קֹדֶשׁ (ut v. 6), quae est fortasse lectio genuina; Syr. et Ch. = MT.; Arab.: „de panibus oblationis (= מֵאִשֶּׁה?). Legas הַמּוּסָר (sing. collectiv.) pro num. plurali הַמּוּסָרִים.

8 Interpretes Graeci participium נֶעְצָר pro nomine proprio habebant: Νεεσσάρ (Luc.), Νεσσαράν (cod. A), Νεεσσαράν (cod. B), sed praemiserunt participium: συνεχόμενος. Ἀ. tantum vertit: συνεσχέθη, Σ.: ἐγκεκλεισμένος. Pro הָאֲדֹמִי = ὁ

Ἰδουμαῖος (Luc.) S. legerunt: הָאֲרַמִּי = ὁ Σύρος. Pro אַבִּיר „robustissimus“ videtur legendum נָבוֹר = „summus“. Luc. habet (= S.): νέμων τὰς ἡμιόνους Σαούλ, cf. 1 Paral. 9, 26 et infra 22, 8.

9 Luc.: ἴδε εἰ ἔστιν ἐνταῦθα (= S.) = רְאֵה הֲיֶשׁ־פֹּה, ut videtur legendum esse pro וְאִין יֶשׁ־פֹּה, quod Kl. emendat in: וְאִי יֶשׁ־פֹּה. In fine pro נָחוּץ legas נֶחְרָץ = κατὰ σπουδήν (Luc. et S.), Syr.: „urgebat“ = Vulg.

10 אַחֲרֵי הָאֵפוֹד = ὀπίσω τῆς ἐπωμίδος (Luc. et cod. A) deest in cod. B. Recte dixerit Grimme, paseq linea eadem verba spuria designari; unde delenda videntur. Sed haec linea etiam indicare potest, ultima versus verba excidisse. In fine suppleas: וַיִּתְּנֶהָ־לּוֹ = καὶ ἔδωκεν αὐτὴν αὐτῷ (Luc. et S.).

12 Suppleas cum Kl. post דָּוִד verba: עֶבֶד שָׁאוּל „servus Sauli (regis etc.)“, quia David nondum erat rex. Cf. 29, 3. Legas בַּאֲלָפָיו et בְּרִבְבֹתָיו (Qerê). Luc. et S. textum auctum exhibent: οὐχὶ τούτῳ ἐξῆλθον (cod. B: ἐξῆρχον, cod. A: ἦρχον) εἰς ἀπάντησιν αἱ χορεύουσαι (Luc.: καὶ ἐξῆρχον, quae est glossa ex cod. B deprompta) λέγουσαι κτλ.; cf. 18, 6.

14 Luc. et S.: καὶ ἠλλοίωσεν = וַיְשַׁן, ut legendum est pro וַיְשַׁנּוֹ. Pro וַיְתָו legas cum Kl. וַיְתֹף = καὶ ἐτυμπάνιζεν, quibus verbis S. et Luc. praemittunt: καὶ προσεποιήσατο ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, quae videtur esse glossa ut verba sequentia: καὶ παρεφέρετο ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ. Verba καὶ ἔπιπτεν (legas ἔτυπτεν, cod. 247) ἐπὶ ταῖς θύραις τῆς πόλεως sunt altera versio verborum וַיְתֹף וגו׳.

CAPUT XXII.

1 Post διεσώθη Luc. et cod. B habent καὶ ἔρχεται (cod. A ante καὶ διεσώθη); suppleas ergo וַיָּבֹא „et venit“ ut 19, 22.

3 Δαυίδ deest initio apud Luc. (cod. 82, 93, 108, Compl.), invenitur autem post καὶ εἶπεν. Paseq linea indicare videtur, pro יֵצֵא (= Ch.) legendum esse יֵשֵׁב (= Syr., Vulg.) vel יֵשְׁבוּ (Gr.); S. et Luc.: γινέσθωσαν, quod 32 variis verbis respondere potest, in his יָצָא et שׂוּם. Pro אִתְּכֶם legas אִתְּכָה vel אִתָּךְ = μετὰ σοῦ (Luc.) vel παρὰ σοί (S.).

4 Initio Luc. et S. habent: καὶ παρεκάλεσε(ν) τὸ πρόσωπον, legerunt וַיְנַחֵם; „Ά. Οἱ λοιποί· (καὶ) ἔθετο αὐτοὺς πρὸ προσώπου“ (Field). Pro כָּל־יְמֵי הֱיוֹת דָּוִד בַּמְּצוּדָה „(omnibus diebus) quibus David fuit in praesidio“ cum Kl. legas: כָּל־יְמֵיהֶם וְדָוִד בָּא מִצְפָּה „omnibus diebus suis (usque ad mortem) et David quoque venit Mispen“. Syr.: „omnibus diebus, quibus fuit David in Masphia.“ Cf. v. sequentem.

5 Spelunca Adullam sita erat in terra Iuda, unde hic de ea non potest agi. Syr. hic quoque vertit Masphia; legas ergo pro בַּמְּצוּדָה: בְּמִצְפָּה „in urbe Mispe“ (Moabitica). Ante אֶרֶץ suppleas אֶל־, ut multi habent codices. Pro

יַעַר חֶרֶת „silva Hareth“ cod. B habet: (ἐν) πόλει Σαρείκ, Luc.: ἐν πόλει Σάριχ, cod. A: τῇ πόλει Ἀριάθ, Syr.: Chezjouth. legas עִיר־צֶרֶת „in pagum Sereth“. Cf. 1 Paral. 4, 7.

6 Nomen בַּגִּבְעָה „Gibeae“ S. et Luc. vertunt: ἐν τῷ βουνῷ. Pro בָּרָמָה „Ramae“ vel „in altitudine“ legas בַּבָּמָה = cod. B: ἐν Βαμά = Luc. (cod. A: Ῥαμμά, legas Βαμμά!).

7 Pro יְמִינִי legas בִּנְיָמִין = S. et Luc. (Βενιαμίν) et omnes versiones antiq. excepta sola Vulgata. Ante גַּם suppleas הֲ = εἰ ἀληθῶς (Luc. et S.) et pro לְכֻלְּכֶם legas או כֻּלְּכֶם = Luc. (ἤ), Syr., Arab.; S.: καί, Vulg.: et (וְ).

8 Post בְּנִי suppleas rem obiectam בְּרִית, quam vertunt omnes interpretes. Pro חֹלֶה legas חֹמֵל = πονῶν (S. et Luc.; cf. 23, 21), συμπαθῶν (Σ.) vel συμπάσχων (ἄλλος), et pro לְאֹרֵב: לְאֹיֵב = εἰς ἐχθρόν (Luc., S.).

9 Pro עַבְדֵי legas עָרְדֵי = ἡμιόνους (Luc., S.) et pro נֹבֶה melius נֹבָה. In fine suppleas הַכֹּהֵן = Luc., S., Syr., Arab., Vulg., cod. Kenn. 154 marg.

10 Pro בַּיהוָה S. et Luc. habent: διὰ τοῦ θεοῦ, ἄλλος (Barhebr. teste Parsonio)· ἐν κυρίῳ. Syr., Arab., cod. de R. 679 primo בֵּאלֹהִים, cod. Kenn. 114: בֵּאלֹהִים בַּיהוָה.

12 S. et Luc. in fine habent: λάλει, κύριε = דַּבֵּר אֲדֹנִי (?).

13 Initio legas אֵלָיו (Qerê). Pro בְּתִתְּךָ legas לְתִתְּךָ = Luc.: τοῦ δοῦναι (S.: δοῦναι). Pro וְשָׁאוֹל cum Kl. melius legas: וַתִּשְׁאַל, Ges. 115 r; sed cf. Ges. 114 y. Pro אֵלַי legas עָלַי, quod multi exhibent codices, et pro לְאֹרֵב ut v. 8: לְאֹיֵב = εἰς ἐχθρόν (Luc., S.).

14 Legas pro וְסָר אֶל־ recte: וְשַׂר עַל־ vel וְשַׂר כָּל־ = Luc. et S.: καὶ ἄρχων παντός κτλ. = „summus omnium qui tecum sunt“.

15 Pro הַיּוֹם הַחִלֹּתִי cum Kl. legas: הַחִנָּם הוֹאַלְתִּי: „nunc sine causa (eius voluntati) obsecutus sum?“ Cf. 12, 22 et Deut. 1, 5, ubi ἤργμαι = הוֹאַלְתִּי. Pro לְשָׁאוּל־ legas לְשָׁאֻל־ (Qerê). Post דָּבָר (1mo) suppleas [רַע וְ[כָל־. S. enim et Luc. habent: λόγον καὶ ἐφ᾽ ὅλον κτλ. et alii post nomen דָּבָר adiectivum legisse videntur vel pronomen: τοιοῦτον λόγον (Armen. Ed.), λόγους τούτους (Georg., Slav., Ostrog.), λόγον τοῦτον Slav. Mosq.; Hier.: „rem huiusmodi“: „ne conferat rex malum quid in servum suum et in domum patris mei“.

16 Initio Luc. et S.: καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς Σαούλ.

17 Ante כֹּהֲנֵי suppleas אֶת־, quod 4 cod. exhibent (paseq). Loco vocis אָזְנוֹ legendum est אָזְנִי (Qerê).

18 דוֹיֵג pronuntiatione aramaizante ortum est ex דֹאֵג. Pro בַּכֹּהֲנִים cod. Kenn. 651 habet: בְּכֹהֲנֵי יְהוָה, quae videtur esse lectio genuina. Sed paseq linea videtur lectoris animum advertere ad lectionem variam: τριακοσίους καὶ πέντε (Luc. et S.), quae orta est aut commutatis literis numeralibus (ה cum פ) aut compendio "שמ (= שְׁמֹנִים) falso soluto: שְׁלֹשׁ מֵאוֹת. Cod. 19: τριακοσίους ἄνδρας καὶ πεντήκοντα; Compl. (ergo et Luc.?): ὀγδοηκονταπέντε ἄνδρας; Georg.,

Slav., Ostrog.: ὀγδοήκοντα καὶ π. ἄ. In fine cod. B et Luc.: πάντας αἴροντας ἐφούδ, cod. A: + λίνον; suppleas כָּל־ ante נֹשֵׂא.

19 Deleas in fine glossam לְפִי־חָרֶב „iure gladii" (falso: „in ore gladii", Hier.), ut apud Luc. (Lag.): ἐπάταξεν ἐν στόματι ῥομφαίας. Cod. A (= MT.): ἐν στόματι ῥομφαίας, in cod. B deest glossa.

20 Post versum 20 ponendus est versus 23, 6, qui in scriptura continua loco suo omissus lapsu oculi (ab uno ויגד ad alterum versi) ante 23, 7 insertus est. Legas in eo verbo יָרַד omisso: מְעִיל הָאֵפוֹד loco verborum: קְעִילָה אֵפוֹד. Cf. Kl. Luc. = MT.; cod. B: καὶ αὐτὸς μετὰ Δαυὶδ εἰς Κεειλὰ κατέβη, ἔχων ἐφοὺδ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ (similiter cod. A): אַף־הוּא אֶת־דָּוִד יָרַד קְעִילָה הָאֵפוֹד בְּיָדוֹ; attamen אַף־הוּא videtur esse lectio varia ad אֵפוֹד, ut אֶת־דָּוִד ad אֶל־דָּוִד; יָרַד, nisi insertum est commutata voce מְעִיל cum nomine urbis קְעִילָה, lectio varia est pro בְּיָדוֹ.

21 Luc. et S. in fine habent: πάντας τοὺς ἱερεῖς κυρίου, quae videtur esse genuina lectio; כָּל־ enim facile potuit excidere ante כֹּהֲנֵי.

22 Pro כִּי־שָׁם „ibi enim" vel „quod ibi" legas בְּשֵׁם „secundum essentiam vel naturam", i. e. „(cognovi illo die) verum ingenium (Doegi Idumaei)"; cf. Ex. 32, 12. Legas דֹּאֵג ut supra vel דּוֹאֵג. Secundum כִּי, quod cod. B servavit, ut cod. A (qui prius omisit!), Luc. vertit voce καί! Cod. B autem ter ὅτι habet! Pro סַבֹּתִי legas חַיָּבְתִּי = ἐγώ εἰμι (ὁ) αἴτιος (Luc. et S.). Pro בְּכָל־נֶפֶשׁ בֵּית Luc. videtur legisse בְּנֶפֶשׁ כָּל־בֵּי"; S. omittunt ὅλου ante τοῦ οἴκου, cod. A ad ψυχῶν addit ἐκείνων.

23 Commutes suffixa legens: אֶת־נַפְשְׁךָ יְבַקֵּשׁ אֶת־נַפְשִׁי. Interpretes Graeci vocem אֲשֶׁר de loco intellexerunt, unde τόπον inseruerunt: καὶ μὴ φοβοῦ, ὅτι οὗ ἐὰν ζητῶ τῇ ψυχῇ μου, ζητῶ καὶ τῇ ψυχῇ σου τόπον, ὅτι πεφύλαξαι (= נִשְׁמַרְתָּ) σὺ παρ' ἐμοί (Luc.).

CAPUT XXIII.

1 In fine cod. B et Luc. duplicem versionem verbi שֹׁסִים exhibent: διαρπάζουσιν et καταπατοῦσιν, quod depromptum est ex 14, 48. Cf. etiam 17, 53 (שֹׁסִים = καταπατῶν).

3 In fine legas מְעָרוֹת = κοιλάδας (Luc.) pro מַעַרְכוֹת „acies". S.: σπίλα, quod corruptum est e κοῖλα; multi codices, in his Ald., habent: κοιλάδας i. e. in valles apertas. Interpretes veteres sententiam hanc aut non recte intellexerunt aut pro אַף legerunt: אֵיךְ „quomodo". Vertere debuerunt: „itane vero? Ceilam proficiscemur, in speluncas Philistaeorum?"

4 Suppleas post וַיֹּאמֶר vocem לוֹ = πρὸς αὐτόν (S. et Luc.) = Syr.

5 Legas וַאֲנָשָׁיו (Qerê). Luc. ordinem inversum exhibet.

6 Vide 22, 20, ubi genuinus huius versus locus est. Nam si v. 2 et 4 David iam Jahven per Ephod interrogat, non potest v. 6 demum narrari,

quomodo Ephod ei praesto fuerit, praesertim cum 22, 20 narratum sit, Ebiatharum ad Davidem confugisse.

7 Pro נִכַּר legendum est מָכַר = πέπρακεν (Luc. et S.), ut vertunt omnes interpretes antiqui. נִכַּר videtur esse mendum pro נִסְכַּל (Kl.) „stulte egit“; cf. 13, 13; 26, 21; 2 Sam. 24, 10.

8 In fine pro אֶל־ (bis) legas melius עַל־.

9 Pro כִּי עָלָיו שָׁאוּל מַחֲרִישׁ רָעָה „Saulum adversus ipsum (Davidem) tacere (i. e. clam cogitare?) mala“. Luc.: ὅτι Σαοὺλ περὶ αὐτὸν γίνεται καὶ οὐ περισιωπᾷ ὁ Σαοὺλ περὶ αὐτοῦ τὴν κακίαν; Syr., Arab., Ch.: „David autem cum cognosceret, Saulum sibi machinari perniciem“; attamen David ex Deo quaerit, utrum incolae Ceilae ipsum tradituri sint necne, legas ergo cum Kl.: כִּי בַעֲלֵי־קְעִלָה חֹשְׁבִים רָ״ „Ceilae incolas moliri perniciem“. Cf. v. 11 et 12. Post καὶ εἶπεν Luc. et S. addunt Δαυίδ, pro הָאֵפוֹד habent: τὸ ἐφοὺδ κυρίου = אֵפוֹד ה״ i. e. אֵ״ יְהוָה.

10 Luc. habet: ἐπ' ἐμὲ εἰς Κεειλά.

11 Totus versus delendus est; quatuor enim priora verba sunt glossa ex v. 12 deprompta; Luc. et S.: εἰ ἀποκλεισθήσεται (sic!); καὶ νῦν, εἰ καταβήσεται Σαούλ, καθ' ὡς ἤκουσεν ὁ δοῦλος σου; κύριε ὁ θεὸς Ἰσραήλ, ἀπάγγειλον τῷ δούλῳ σου. καὶ εἶπε κύριος· ἀποκλεισθήσεται (sic!). Ex his verbis elucet, verba inde a καὶ νῦν usque τῷ δούλῳ σου inserta esse, reliqua verba autem respondere versui 12 Hebraico. Apud Luc. v. 11 ex S. insertus invenitur; dein sequitur versus 12, qui apud S. deest: καὶ εἶπε Δαυίδ· εἰ παραδώσουσιν οἱ ἀπὸ τῆς Κεειλὰ ἐμὲ καὶ τοὺς ἄνδρας μου εἰς χεῖρας Σαούλ; καὶ εἶπε κύριος· παραδώσουσιν (= MT.). Cod. A utrumque versum habet. Syr. v. 11 omittit, similiter Arabs. Ch. = MT. Sed potest v. 11 (inde ab הֲיֵרֵד) depromptus esse e fonte libri uberiore, ubi fortasse David Jahven bis interrogavit (cf. v. 2 et 4!), primo: utrum Saulus revera descensurus esset necne, secundo, utrum Ceilae incolae ipsum Saulo tradituri essent necne. Textus ergo hic in compendium redactus est.

13 S. τετρακόσιοι, ut Luc. (Lag.); sed Compl. et Georg.: ἑξακόσιοι = MT.

14 Pro בַּמְּצָדוֹת „in locis munitis“ cum Kl. legas: בַּמִּסְתָּרִים „in locis absconditis“ (cod. B: ἐν Μασερέμ, cod. A: Μασερέθ, Luc.: Μεσσεράμ; Syr. Masrouth). ἐν τοῖς στενοῖς (S. et Luc.) est altera versio exhibens lectionem variam: בְּצָרִים vel בַּמְּצָרִים. Verba וַיֵּשֶׁב בָּהָר בְּמִדְבַּר־זִיף „et mansit in monte in deserto Ziph“ sunt glossa explicans verba praecedentia; quae glossa apud S. et Luc. aucta invenitur verbis: ἐν τῇ καινῇ = בַּחֲדָשָׁה, lectio varia ad בַּחֹרְשָׁה (v. 15) et εἰς τὸ ὄρος τὸ αὐχμῶδες = בְּהַר הַחֲכִילָה „in monte Chakhila“ (cf. v. 19).

15 Pro יָצָא legas אֵין (Kl.): „(Saulum) id agere, ut“; cf. 19, 8.

Quae sequuntur inde a 15b usque ad 26, 25, videntur deprompta esse ex historia Davidica vel ex eius librique huius fonte communi, licet etiam

in cod. B inveniantur. Quidquid est, recte dixerit Kl., 15 a esse priorem partem sententiae, qua David enuntiet consilium non amplius vagandi in deserto. Ergo 27, 1 apodosis esse videtur pertinens ad 15 a, id quod contextu quoque probatur, quia nec 15 b nec 16 a referri possunt ad 15 a.

15 b Verba בְּמִדְבַּר־זִיף sunt glossa e v. 19 deprompta, indicans ubi situs sit locus Choreš. Luc. habet: ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ αὐχμώδει ἐν τῇ καινῇ (cf. v. 14), S. in fine addunt Ζείφ. Pro חֹרְשָׁה Ἀ. habet: (ἐν) τῇ ὕλῃ, Σ.: (ἐν τῷ) δρυμῷ.

16 Luc. et S. pro חֹרְשָׁה (accusativus, dein status emphaticus!) habent: εἰς τὴν καινήν (cf. v. 14); Ἀ.: εἰς τὸν δρυμόν. Pro בֵּאלֹהִים Luc. exhibet ἐν κυρίῳ; Vulg., Syr., Arab.: in Deo; Ch. videtur legisse בַּיהוָה.

18 Pro בַּחֹרְשָׁה Luc. habet: ἐν τῇ καινῇ τῇ αὐχμώδει, S.: ἐν καινῇ, Ἀ.: εἰς τὸν δρυμόν. Syr. et Arab. hoc colon omittunt, eius loco ponentes: „(Domini) sedentis super Cherubim.“ In fine pro לְבֵיתוֹ fortasse melius legas לְדַרְכּוֹ (cod. Kenn. 93, 171, 187, 224, 246, 251, de R. 4, 20, 716, 737, primo 211.

19 Luc. זִפִים ad nomen οἱ Ζιφαῖοι addit glossam οἱ ἐκ τῆς αὐχμώδους (= S.), nomen proprium הַגִּבְעָתָה vocibus εἰς τὸν βουνόν (= S.). Loco vocis בַּמְּצָדוֹת legas בַּמִּסְתָּרִים = Μεσσεράμ (Luc.), cod. B: ἐν Νεσσαρά, cod. A: ἐν Μεσσαρά, Syr.: Masrûth; Luc. ut v. 14 addit: ἐν τοῖς στενοῖς (= S.). Pro בַּחֹרְשָׁה Luc. iterum habet: ἐν τῇ καινῇ, Ἀ.: ὕλῃ, ceteri: δρυμῷ. Verba sequentia בְּגִבְעַת הַחֲכִילָה delenda sunt; est glossa e 26, 1 deprompta, Syr.: Gebaa, Arab.: Gabaon.

20 Pro וְלָנוּ legas אֵלֵינוּ = πρὸς ἡμᾶς (Luc., S.; cf. Syr.) et pro הַסְגִּירוֹ cum Syr.: וְהִסְגַּרְנֻהוּ „et trademus“; Luc.: ἀποκεκλεισμένοι γάρ εἰσιν, cod. B: κεκλείκασιν αὐτόν, cod. A: καὶ κεκλίκασιν αὐτόν.

21 Suppleas לָהֶם = αὐτοῖς (Luc. et S., cf. Syr.).

22 Pro הָכִינוּ legas הָבִינוּ (cod. Kenn. 257, primo 99, nunc 251, cod. de R. 20, 596, primo 715, nunc 187 aliique). V. 23 a meliorem lectionem exhibet ad hunc versum; in multis enim codicibus Graecis (S.) deest. Legas cum Kl. pro תִּהְיֶה רַגְלוֹ verba: יִתְחַבֵּא שָׁם וְרַגְלוֹ „ubi se abscondat, et explorate“. Pro אֵלַי pronunties אֻלַי „fortasse“ = μήποτε (Luc. et S.). Pro מִי רָאָהוּ שָׁם Luc. et S. habent: ἐν τάχει ἐκεῖ οὗ εἴπατε! Dein Luc. vertit ὅτι εἶπε Σαούλ, revera enim Saulus est subiectum verbi אָמַר.

23 a Glossam exhibet: „videte et quaerite, quae sint omnia (legas מַה־כָּל־ pro מִכֹּל־ ex omnibus) receptacula eius, ubi se abscondat, dein revertimini ad me, ut erat constitutum.“ Sermo Sauli, qui incipitur ab אֵלַי (v. 22) continuatur 23 b. Pro אִתְּכֶם legas אִתָּם, pro יֶשְׁנוֹ: יֶשְׁנִי et pro וְחִפַּשְׂתִּי אֹתוֹ: וְחִפֵּשׂ אֹתִי porro legas בָּאָרֶץ יְהוּדָה et in fine אַלְפָּיו pro אַלְפֵי: „et si proficiscar cum eis (Ziphitarum nuntiis), fieri potest, ut degens in terra Iudae, me prehendat cum asseclis suis.“

24 Luc. post καὶ ἀνέστησαν inserit: οἱ Ζιφαῖοι οἱ ἐκ τῆς αὐχμώδους (ut v. 19) omittens vocem וַיֵּלְכוּ. Verba בְּמִדְבַּר מָעוֹן (Luc. ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ ὑπηκόῳ = שְׁמָעוֹן!) et בָּעֲרָבָה (Luc. et S.: καθ' ἑσπέραν, sic!) sunt glossae e v. 25 depromptae. יְשִׁימוֹן non est nomen proprium, sed appelativum: „desertum." Suppleas ante אֶל־ vocem: בַּחֹרְשָׁה (cf. v. 19).

25 Suppleas post לְבַקֵּשׁ rem obiectam: אֶת־דָּוִד = Luc., Syr., Arab., cod. Kenn. 4, 150, primo 171, nunc 85, de R. 545 etc.; S., Hier., Ch.: „eum." סֶלַע est nomen proprium. Pro וַיֵּשֶׁב (Luc. et S.: τὴν ἐν τῇ ἐρήμῳ) legas אֲשֶׁר (cf. v. 19). Pro מָעוֹן Luc. bis habet: ὑπήκοος (ut v. 24).

26 Vocem נֶחְפָּז „festinans (anxius)" Luc. et S. vertunt: σκεπαζόμενος, videntur legisse נֶחְבָּא. Pro עֹטְרִים „circumdabant" legas עָטִים „irruebant"; S.: παρενέβαλον „aciem instruxerunt" (עֹרְכִים), Luc.: παρεπλαγίαζον „ab utroque latere instabant", Slav. et Ostrog.: εἰσέβαλον „irruebant". In fine legas הַמַּחֲלוֹקֶת „separationis" pro הַמַּחְלְקוֹת.

CAPUT XXIV.

1 Versus 1 insertus est ab editore textus mixti. Nam in historia Davidica versum 23, 28 excipit versus 24, 2. Luc.: Γάδδι pro Ἐνγάδδει (S.), etiam in sequentibus versibus.

3 Luc. et S. initio habent: καὶ ἔλαβε μεθ' ἑαυτοῦ (אִתּוֹ) omittentes nomen שָׁאוּל, quod tantum Georg. et Slav. vertunt. Verbo וַאֲנָשָׁיו incipitur sententia circumstantias describens, unde non potest esse altera res obiecta verbi לְבַקֵּשׁ, praesertim cum desit אֶת־. Legas צוּרֵי vertasque: „Cum autem exercitus eius (Sauli) esset ex adverso in tergo ibicum (Sawwrê-hajje'ēlîm), (4) se contulit" etc. Luc. et S. legerunt צִיד pro צורי: τῆς θήρας τῶν ἐλάφων. Cod. B: Ἐδδαιέμ, alii: Σαδδαιέμ, quod corruptum est ex Σεδδαελίμ.

4 Vocem גִּדְרוֹת Luc. et S. vertunt: ἀγέλας (legas τὰ αὔλια), phrasin לְהָסֵךְ אֶת־רַגְלָיו verbo παρασκευάσασθαι, Ἀ.: τοῦ διευθῦναι, Σ.: ἀποπατῆσαι, Θ.: ἀποκενῶσαι τοὺς πόδας.

5 Legas אֹיִבְךָ (Qerê) = τὸν ἐχθρόν σου (Luc. et S.).

6 Legas כְּנַף pro כָּנָף suppleasque הַמְּעִיל = τῆς διπλοΐδος (Luc. et S.), ut v. 5.

7 Luc. et S.: καὶ εἶπεν Δαυίδ = Syr. et nonnulli cod. Hebr.; suppleas ergo דָוִד post וַיֹּאמֶר. Verba לִמְשִׁיחַ יְהוָה videntur delenda esse; cf. v. 11.

8 Pro וַיְשַׁסַּע „scidit" legas וַיִּמְנַע „prohibuit"; Luc. et S.: ἔπεισε (= וַיְיַסֵּר?); Ἀ.: συνέκλασεν, Σ.: περιέπασεν, Θ.: ἠπάτησεν. Syr.: thawwi „ad poenitentiam commovit", i. e. a proposito amovit; Ch.: פַּיֵּס „placavit, quietos reddidit". Post בַּדְּבָרִים suppleas הָאֵלֶּה = Syr. Pro לָקוּם אֶל־שׁ" Luc. habet: ἀναστῆναι καὶ θανατῶσαι τὸν Σαούλ, S.: ἀναστάντας θῦσαι τ. Σ. (cod. A: θανατῶσαι) = לָקוּם וְלַהֲרֹג אֶת־שָׁאוּל, quae videtur esse lectio genuina; cf. v. 11. Luc. in fine ordinem textus invertit.

9 Luc. initio habet: καὶ ἐξῆλθε (= cod. A) Δαυὶδ ἐκ τοῦ σπηλαίου ὀπίσω Σαοὺλ λέγων, textum ergo mutilum ordinemque inversum exhibet; cod. B: καὶ ἀνέστη Δαυεὶδ ὀπίσω αὐτοῦ ἐκ τοῦ σπηλαίου· καὶ ἐβόησεν Δαυεὶδ ὀπίσω Σαοὺλ λέγων. In fine fortasse supplendum est לוֹ = αὐτῷ (Luc. et S.).

10 Pro אָדָם Luc. et S. habent τοῦ λαοῦ, quod hic tantum respondet voci אָדָם; lectio genuina videtur esse הָעָם. Ch. habet: בְּנֵי אֱנָשָׁא, cod. Kenn. 96: בְּנֵי אָדָם. Luc. et S. negligentia pro רָעָתְךָ verterunt נַפְשְׁךָ τὴν ψυχήν σου; cod. 243 τὴν κακίαν σου.

11 Duplex linea paseq videtur lectoris animum advertere ad lectiones varias. Legas pro וְאָמַר: וַיֹּאמֶר „indicavitque (Jahve), te occidendum mihi esse" (cf. v. 5), vel cum Grimme sequente Syr.: וְאָמְרוּ הָאֲנָשִׁים אֲשֶׁר עִמִּי, quae tamen coniectura magis quam versio esse videtur. Luc. et S.: καὶ οὐκ ἐβουλήθην (= וְאָמֵאן). Ante עָלֶיךָ excidit עֵינִי, quod Hier. in textu invenit; Luc.: καί ἐφεισάμην (= S.) = וָאָחֻם.

12 Vox וְאָבִי ad v. 11 pertinet; cf. Luc. (Lag.) et cod. A; in cod. B deest, ut apud Syr. et Arab.; Ch.: „et domine mi." Luc. καί ἰδού (= cod. A et Syr.) = וּרְאֵה; cod. B: ἰδού. Pro רְאֵה (2do) pronunties רָאֹה (infin. absol. postpos.). Luc. et S. neglexerunt כִּי neque intellexerunt contextum (ut Hier.): „Ex eo enim quod ... te non occidi, cognoscas" etc.; post καὶ ἴδε inserunt σήμερον; verbo (συν)δεσμεύεις (ligas) vertunt צֹדֶה (θηρεύεις); Σ. recte vertit: θηρᾷς, alius: ἐνεδρεύεις.

14 Luc. initio vertit: καθ' ὡς λέγεται ἐν παραβολῇ ἀρχαίᾳ (S.: ἡ παρ. ἀρχ.). Pro רֶשַׁע, cui hic tantum apud S. respondet vox πλημμέλεια (Luc., S.: πλημμελία), legas melius פֶּשַׁע, quod legerunt Luc., S., Ch. (חוֹבַתְהוֹן „culpa eorum"). Cf. comment. meum.

15 Initio Luc. et S. habent: καὶ νῦν = וְעַתָּה, quae videtur esse lectio genuina, licet desit in ceteris versionibus antiquis. Pro יָצָא legas יָצָאתָ „egressus es (o rex Israelis)" = Luc. et S. (qui verba יָצָא et רֹדֵף commutant), Syr., Arab.; Hier. bis habet: „quem persequeris?"

16 Luc. et S.: καὶ δικαστήν pro וְשָׁפַט (καὶ δικάσαι).

17 Recte dixerit Grimme, verba: וַיֹּאמֶר שָׁאוּל ... דָוִד „dixitque Saul: numquid vox tua haec est, mi fili David" linea paseq spuria reddi; deprompta enim sunt ex 26, 17 ut verba sequentia, quae apud Luc. et in codicibus quibusdam Graecis inveniuntur: καὶ εἶπε Δαυίδ· δοῦλος σός, κύριέ μου βασιλεῦ.

19 Initio legas וְאַתָּה הִגְדַּלְתָּ „et tu auxisti (hodie)", i. e. superasti (Bu., Kl.). Deleas אֵת post טוֹבָה. Luc. et S. post κύριος addunt σήμερον.

20 וְכִי mendum est pro וְאֵי: „Ubi enim quis, inimicum cum invenerit, dimittet eum in viam bonam?" Luc. et S.: καὶ ὅτι. Verbum יְשַׁלֶּמְךָ Luc. vertit: ἀνταποδώσει αὐτῷ (= cod. A), cod. B: ἀνταποτίσει αὐτῷ; Syr.: „rependet

illi." Pro הַיּוֹם legas הַטּוֹב = Syr.; Arab. utrumque vertit. Luc. et Syr.: καθ' ὡς πεποίηκας σὺ σήμερον, legas: κατὰ τὰ ἀγαθά, ἃ πεποίηκας ἐμέ. In fine legas הַמְּצָדוֹת „loca munita" pro הַמְּצוּדָה. Luc.: εἰς Μεσσαρὰ τὴν στενήν, Syr.: Masphia.

CAPUT XXV.

1 Colon 1a solum ab editore libri retentum est ex relatione de Samuelis morte, unde parentheseos formam prae se fert. Pro בְּבֵיתוֹ בָּרָמָה legas בְּנָוִית בַּת־רָמָה „Nevijjae in suburbio Ramae"; cf. 19, 18. 19. 22. 23; 20, 1. Fortasse lectio genuina hic est: בֵּית־הָרָמָה „prope a Rama". Syr. et Arab.: „in sepulchro eius", Armen. 4: ἐν μνημείῳ. In fine pro פָּארָן, legendum est מָעוֹן, quia Luc. τὴν ὑπήκοον (ut 23, 24) et S.: Μαὼν vel Μαάν habent, quod nomen contextui quoque melius respondet.

2 Luc.: ἐν τῇ ἐρήμῳ pro בְּמָעוֹן; videtur excidisse τῇ ὑπηκόῳ, cod. B: ἐν τῇ Μαάν (cod. A: Μαών) = Syr. etc. Articulus in voce בַּכַּרְמֶל indicat eam derivandam esse a radice כרם mediante exitu ־ֶל, ut עַרְפֶּל. Pro בִּגְזֹז legas גֹּז (ut v. 4) „tonsurus"; cf. Vulg.

3 Ἀβιγαία videtur mendum esse pro Ἀβιγαίλ, commutatis literis uncialibus A et Λ. Post τῷ εἴδει Luc. et S. addunt σφόδρα. In fine deleas verba: וְהוּא כָלִבּוֹ „et ipse est, quod dicitur" (stultus), glossa enim est ex v. 25 deprompta (Kl.); Luc. et S.: καὶ ὁ ἄνθρωπος κυνικός, derivantes vocem כָּלִבִּי, ut legebant, a כֶּלֶב „canis"; Syr.: „canis (fuit)"; Ch.: וְהוּא מִדְּבֵית כָּלֵב „et ipse fuit e domo Calebi", legit ergo: כָּלֵבִי.

4 Luc. et S. post Ναβάλ exhibent glossam ὁ Καρμήλιος e. v. 2 depromptam.

5 דָוִד deest apud Luc. et in cod. B; cod. A: Δαδ.

6 Hier.: „(Sit) fratribus meis" = לְאַחַי, omissa voce כֹּה; Luc.: αὐτῷ τάδε· εἰς ὥρας („saluti"). Ch. legit לְחַיֶּיךָ; legas cum Kl.: תַּם כֹּה לְאָחִיךָ „deficit annona fratribus tuis". In fine Luc. ordinem invertit et שָׁלוֹם (3^{tio}) omittit.

7 Initio post וְעַתָּה legas הִנֵּה = cod. de R. 380, Luc. et S. (ἰδού). Luc. et S. vocem הָרֹעִים ut subiectum ad verbum גֹּזְזִים referunt, sed minus recte. Post עִמָּנוּ suppleas בַּמִּדְבָּר = ἐν τῇ ἐρήμῳ. Luc. et S. hic pro הִכְלַמְנוּם videntur legisse הִכְלַאנוּם et pro נִפְקַד (Niphal): נָפַקד (Qal). In fine legas pro בַּכַּרְמֶל, quae est glossa ad 7a, בַּמִּדְבָּר = cod. Graec. 121 et 247, Syr., Arab.

8 Pro בָּנוּ legas בָּאנוּ (Qerê). In cod. B omittitur לַעֲבָדֶיךָ, apud Luc. tantum σου, cod. A: τοῖς παισί σου.

9 Pro נַעֲרֵי nonnulli cod. et Syr. exhibent: עַבְדֵי. In fine legas pro וַיָּנוּחוּ „et quieverunt": וַיְחַכּוּהוּ „et exspectaverunt responsum eius" (Iob 32, 4) vel וַיְחַכּוּ (absolute, cf. Dan. 12, 12). Luc. et S.: καὶ ἀνεπήδησε, quod videtur esse

mendum pro ἀπετήρησαν. Luc. nomen Ναβάλ e v. sequente ad verbum ἀνεπήδησε refert, post quod et invenitur, dum v. 10 deest.

10 Pro הַיּוֹם legas cum Kl. הֲנָם: „num (multi adhuc sunt)?“ Pro עֲבָדִים cum Kl. legas עֲבָדָיו, vertens הִתְפָּרֵץ ut verbum denominativum: „latronem (פָּרִיץ) gerere“ et מִפְּנֵי = „causā, propter“. Cf. vv. 7 et 15, ubi negatur, Davidis servos latrones fuisse. Luc. et S., sicut ceteri interpretes veteres, hunc versum non intellexerunt. Luc.: οἱ ἀποδιδράσκοντες, S.: οἱ ἀποχωροῦντες.

11 Pro מֵימַי cum Bu. et Kl. legas יֵינִי = τὸν οἶνόν μου (Luc. et S.). Cf. 2 Sam. 13, 23 seqq. τὰ πρόβατα apud Luc. et S. videtur esse glossa exhibens rem obiectam verbi לְגֹזְזַי (unde legendum: τοῖς κείρουσί μου τὰ πρόβατα).

12 Pro לוֹ videtur legendum esse לְדָוִד = Luc., S., Syr., Arab.

13 Paseq linea videtur indicare, textum auctum esse aliqua glossa; revera verba וַיַּחְגְּרוּ אִישׁ אֶת־חַרְבּוֹ וַיַּחְגֹּר גַּם־דָּוִד אֶת־חַרְבּוֹ in cod. Kenn. 187, 70, 93, 252, in cod. B, dum cod. A = MT. habet: καὶ περιεζώσαντο ἀνὴρ τὴν μάχαιραν αὐτοῦ (Luc.: περιεζώσαντο τὰς μαχαίρας αὐτῶν) καὶ περιεζώσατο καὶ Δαυὶδ τὴν μάχαιραν αὐτοῦ; colon alterum delendum esse certum est; prius autem puto esse genuinum, quia invenitur in codicibus, in quibus alterum deest: cod. Graec. 52, 236, 158, Cat. Nic., Arm. I. Recte dixerit Grimme, alterum paseq positum esse a lectore, qui putaverit, Davidem una cum servis suis esse subiectum verbi וַיַּעֲלוּ, ad reddenda dubia verba: אַחֲרֵי דָוִד.

14 Pro מֵהַנְּעָרִים, quod immediate praecedente נַעַר־אֶחָד non potest esse genuinum, legas cum Bu. et Kl.: מֵהָרֹעִים; cf. v. 7 et 15. In fine verba וַיָּעַט בָּהֶם „et irruit in eos“ non possunt esse genuina; Grimme putat verbum וַיָּעַט derivandum esse a radice עָטַט, quae ut in lingua Amharica designet „irridere“, quod mihi non probatur. Luc. et S. vertunt: καὶ ἐξέκλινεν ἀπ’ αὐτῶν, unde non concludendum est, legendum esse וַיָּט מֵהֶם. Nam Ez. 16, 26 τὰς ἐκκλινούσας respondet verbo הַנִּכְלָמוֹת, legas ergo hic וַיַּכְלִימֵם „sed ipse iniuriam intulit eis“. Cf. Syr., Arab., Ch.; Ἀ.: ὠτρύνθη, Σ.: ἀπεστράφη, Θ.: ἐξουδένωσεν (= וַיַּלְעֵג? cf. ψ 2, 4; 59, 9; an = וַיַּכְעִסֵם? cf. 1, 6).

15 Luc. et S.: ἀπεκώλυσαν ἡμᾶς = הִכְלָאנוּ pro הָכְלַמְנוּ (iniuria affecti sumus) et ἐπιτετάχασιν (S.: ἐνετείλαντο) ἡμῖν = פָּקְדָנוּ (sic!) vel פָּקְדוּ, ad quod supplendum עָלֵינוּ (?), pro פָּקַדְנוּ „desideravimus“. Post כָּל־יְמֵי melius legas infinitivum הִתְהַלְּכֵנוּ loco perfecti. Luc. et S., male intelligentes contextum, ante ἐν τῷ εἶναι inseruerunt καί. Hier. in fine habet: „in deserto“ = Syr. et Arab., quae tamen lectio non est genuina.

16 Luc. in fine habet: καὶ ποιμαινόντων τὰ ποίμνια ἡμῶν; S. = MT.

17 Post וּרְאִי videtur excidisse אַתְּ = σύ (S.). In fine verba בֶּן־בְּלִיַּעַל מִדַּבֵּר Luc. et S. non recte intellexerunt; debuerunt vertere: λοιμότερος ἢ ὥςτε λαλῆσαι pro: λοιμὸς καὶ οὐκ ἔστι λαλῆσαι.

18 Legas אֲבִיגַיִל (Qerê) et עֲשׂוּיוֹת (Qerê). Pro סְאִים (Ἀ.: σάτα) melius legas אֵיפָה = οἰφί (Luc. et S.), quam lectionem genuinam esse veri similius est. Quoad numerum sing. cf. Ez. 16, 22 (שְׁנֵי־הָעֹמֶר) et Ges. 134e. Pro מֵאָה Luc. et S. habent: γομὸρ ἕν (Σ.: ἑκατὸν ἐνδέσμους = Hier.: „centum ligaturas“), videntur legisse חֹמֶר pro מֵאָה. Σ. et Hier. sensum magis quam verbum reddiderunt. Syr. et Arab. vocem צִמֻּקִים vertunt „caseos“, fortasse respectu habito 17, 18.

